ſi non reperitur emptor. Sexto, declarat que res debeant vendi.
Septimo quis intelligatur creditor. Secunda ibi, vt nec. Tertia
ibi ceteris. Quarta ibi, ꝙ ſi nolit. Quinta ibi emptor. Sexta ibi, ſi
tamen. Septima ibi, ⁊ is creditor. Notabi. patent per ſe. ¶ Oppo.
ad primā partem dicitur hic, actio pia conſtituit. Contra actio eſt
ius proſequendi in iudicio, ⁊c. vt inſti. de act. in prin. ⁊ ſic actio non
1 conſtituitur. Hanc ſol. expone, actio, id eſt, actus † pius, vt dicit gl.
⁊ bene. ¶ Secundo opp. ad ſecundā partē, hic prohibet obligari.
Contra in aut. de non alie. in §. ſi autē creditor. ſol. dicit. gl. non po-
teſt pignorari ſpecialiter vt hic, ſed generaliter ſic, vt ibi. Pet. dicit
⁊ melius iudicio meo, ꝙ poſſit pignorari, hoc eſt obligari abſque
2 traditione, vt in contrario, † ſed obligari, ⁊ tradi creditori, hoc non
poteſt fieri, ita loquitur hic. ¶ Opp. ⁊ videtur ꝙ ſit alius caſus, in
quo perpetuo prohibetur alienatio, vt in auth. de alie. ⁊ emphy. §.
3 ſanctiſſi. Sol. gl. fatetur contrarium, † ⁊ ponit ſex caſus in quibus
indiſtincte alienatio eſt prohibita, ⁊ vide gl. ¶ Uenio ad tertiam
partem, dicitur hic ꝙ debet cōputare fructus in ſortē, ⁊ in vſuras.
4 Contra, imo principaliter, ſeu prius in vſuras, † poſtea in ſortē, vt
ꝟ. de pig. ac. l. j. ⁊ ij. ꝟ. de ſol. l. ſ. Gl. hic fatetur contrariū vt ſic non at-
tendatur ordo ſcripture, licet in contrariū faciat l. cum pater. §. pe.
5 ff. de leg. ij. Sed reſpondeo, hic mens legis † eſt certa, ibi mens te-
ſtatoris incerta, vt l. nec enim. ff. de ſol. ⁊ ꝙ ibi no. alij dicūt ꝙ hic eſt
ſpeciale fauore eccleſie, vt prius cōputētur in ſortē quā in vſuras,
tene primā. ¶ Procedendo vlterius hic quero quid eſt hoc dictū
6 ꝙ hic dicitur, vſq; ad quartā cēteſime. gl. dicit † vt in fi. anni nō ha-
beat pro vſuris, niſi inquātum eſt quarta pars ſortis. ¶ Uenio ad
quartā particulā, dicit hic, ⁊ not. ex hac parte ꝙ in alienatione rei
7 eccleſie requiritur † authoritas ſuperioris hoc eſt eius. qui in dicta
eccleſia ordinat rectorē. ¶ Et ꝑ hoc habes ꝙ ſi eccleſia ſubeſt vni
8 Abbati, † ſufficit authoritas illius Abbatis, [b] nec requirit autho-

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

b titas Epiſcopi.Hoc tenet Jo.And.in tit.de reb.ec.non alie.c.hoc
conſultiſſimo.in vj.ꝙ tene mēti.⁊ no.¶ No.etiam aliud,ꝙ debent
9 cōſentire†oēs ꝑ modū ſubſcriptiōis.¶ Circa iſtā partē quero,dꝛ
hic,ꝙ debet iurare maior pars ibidē ſeruientiū.vtrū requirit̃ con
ſenſus omniū familiariū,⁊ omniū cōuerſoꝛū,q ſunt in domo:Gl.
10 vr̃ intelligere ꝙ requiritur cōſenſus oꝛdinarioꝛū tn̄,hoc eſt,mona
choꝛū,itē requiritur cōſenſus pꝛeſentiū,non em̄ debēt vocari ab
ſentes.Jta tenet gl.hic,⁊ in coꝛpoꝛe de alie.⁊ emphy.videtur velle
idē,⁊ vide hāc gl.quā no.¶ Quero vlterius,dꝛ hic ꝙ iurent debi
tum exigere.Quid ſi ignoꝛāt:qꝛ ſunt aliqui monachi in domo qui
hoc ignoꝛāt:gl.dicit,ꝙ illi iurare non coguntur.Jtē dt ꝙ illud ꝙ
11 hic dt debēt iurare ſubeſſe†debitū,hoc eſt ſolutū nō eſſe.Nā debi
12 tū†cōuerſum eſſe in vtilitatē eccleſie creditoꝛ hʒ pꝛobare,vt hic in
fi.aut.⁊ vide gl.quā no.¶ Quero dicitur hic pꝛetiū modis oībus
dando pꝛo debito,nunqd hoc pꝛobari debeat ꝑ emptoꝛē adeo qꝺ
13 ſi non appareat pꝛetiū ſolutū creditoꝛib.eſſe†non valeat venditio.
doc.noſtri nō tangūt.Jnn.extra de depo.c.j.intelligit hāc aut.qꝺ
c hoc ꝑtinet ad ſolicitudinē iudicis[c] q interponit authoꝛitatē,⁊ con
ſenſum huic alienationi,ſicut intelligitur de reb.eo.l.magis puto.
§.nō paſſim.⁊ §.ne tn̄.Ad ſolicitudinē em̄ emptoꝛis nō ſpectat ſʒ
ſufficit ꝙ ſoluat de ſuperioꝛis mandato ſicut dicim⁹ in eo q ſoluit
14 minoꝛi.vt l.ait pꝛetoꝛ.§.ꝑmittitur.ff.de mi.tene ergo † mēti ꝙ ſolū
in creditoꝛe requiritur ꝙ debet pꝛobare cōuerſum in vtilitatē de
bitoꝛis,vt in fi.huius auth.¶ Quero nunqd ſint alij caſus,in qb.
ꝑmittitur alienatio.gl.enumerat,⁊ vide,⁊ no.eā.¶ Uenio ad qn
tam partē,dꝛ hic ꝙ inuito creditoꝛe datur ſibi in ſolutū. Contra,
aliud pꝛo alio inuito creditoꝛe ſolui non pōt,vt l.ij.§.j.ff.ſi cer.pe.⁊
15 j.de ſol.auth.hoc niſi debitoꝛ.Sol.ſpāle†eſt in eccleſia, ꝙ cogitur
creditoꝛ ad recipiendū inuitus.Jtē eſt aliud ſpāle,ꝙ cogitur reci
pere rē mediocrē.¶ Uenio ad ſextā partē.Dicitur hic ꝙ dʒ vēdi
res mediocris inſpecta illius qualitate ⁊ ꝗtitate,⁊ onere.[d]¶ Que
ro quid eſt hoc dictū.Gl.intelligit ꝙ pꝛo modico debito non ven
16 ditur†magna res.Simile no.de diſtr.pig.l.quādiu.ꝙ facit ad que
ſtionē de executoꝛ.vltimarū voluntatū,an poſſint pꝛo modico de
bito vendere rē magni pꝛetij ꝙ dic,vt dixi plene in l.alio.de ali.le.
¶ Uenio ad vltimā partē dꝛ hic, ꝙ ille intelligatur creditoꝛ,qui
pꝛobat id,ꝙ credit conuerſum in vtilitatem eccl.¶ Quero quali
d ter hoc pꝛobabit[d].Gl.ponit hic duo remedia.Pꝛimo ꝙ ꝓbabit
per cōiecturas,vt qꝛ Pꝛelat⁹ eſt diligēs,⁊ eccleſia tūc indigebat
arg.ad hoc ff.de exe.l.fi.vide gl.iſtam no.valde gl.in auth.de ali.⁊
emphy.§.ſi vero quis.vnde partim ſumitur iſta aut.videtur tenere
contrarium,ꝙ iſte pꝛeſumptiones nō ſufficiāt.¶ Quid dicemus:
17 † Uos debetis ſcire ꝙ quandoqʒ aliquis habet mandatū ad reci
piendū pecuniā pꝛo alio mutuo ad certā cauſam,tūc ſufficit ꝙ ille,
qui recipit,cōfiteatur ad illā cauſam ſe recepiſſe licet mentiatur,vt
ff.de exer.l.j.§.non autem.verſi.ſed ⁊ ſi in pꝛetijs.Quandoqʒ habet
mandatū generale.tūc nō ſufficit eius cōfeſſio ad obligandū dn̄m,
ſed requiritur pꝛobatio per pꝛeſumptiones. Jta loquitur d.l.j.de
exer. Quādoqʒ nullū mādatū habet ab eo,cuius nomine pecuniā
recipit,⁊ tūc videt̃ ꝙ requirat̃ ꝙ expꝛeſſe pꝛobet̃ pecuniā eſſe cōuer
ſam in eius vtilitatē, nec ſufficiat cōfeſſio recipiētis, vt ff.de in rem
ver.l.iij.§.ſed ſi accepit, ⁊ ff.ſi cer.pet.l.ciuitas.⁊ ſic videt̃ ꝙ melius
dicat gl.que eſt in coꝛpoꝛe,quā iſta.ſecundū modū pꝛobādi dat gl.
qꝛ pecunia mutuata fuit pꝛelato toto capitulo pꝛeſente arg.ſ.eo.
l.iubemus nulli.§.ſane omnis.vide gl.iſtam,⁊ no.eam. Jſtud dictū
videtur contra hanc l.iubemus nullam.in pꝛin.ver.ſcienter.ibi,nec
etiā ſi omnes cum religioſo,⁊c.Sol.ibi loquitur in alienāda re im
mobili,hic vero in pecunia mutuo accipienda. ¶ Querit gl.quid
ſi eſt cōſuetudo in contrariū,qꝛ nō ſeruātur iſte ſolēnitates. Dicit
gl.ꝙ iſta cōſuetudo valet.Jdē tenet in l.de quib.circa fi.⁊ l.ſeq.ff.de
* leg.* Puto ꝙ non valeat cōſuetudo que eſt cōtra libertatē eccle.
18 † vt dixi ſ.eo.aut.caſſa. Nam cū ſit cōceſſum eccleſijs in pꝛiuilegiū,
vt nō poſſint alienare ſine hac ſolēnitate,cōſuetudo que eſſet con
tra hoc pꝛiuilegiū,eſſet cōtra libertatē eccle.vt dixi ſ.eo.aut.caſſa.
19 Fateoꝛ † tamen ꝙ iſta ſolēnitas iſtius aut.nō eſt neceſſaria in alie
natione rerū eccleſie, qꝛ eccleſia iſtud pꝛiuilegiū ſibi cōceſſum non
acceptauit,ſed ſtatuit aliā ſolēnitatē,in alienatione rerū que poni
tur xij.q.ij.ſine exce.⁊ habetis etiā hoc no.extra de reb.eccl.nō alie.
c.j.li.vj.¶ Extra gl.videtur aliquid querendū.Pꝛimo quero,quid
ſi eccleſia habet nomina debitoꝛū,an pꝛius debeāt vendi quā mo
bilia: Uidetur ꝙ nō,qꝛ vltimo loco peruenitur ad nomina,vt l.a
diuo.§.in venditione.ff.de re iu. Contrariū eſt verum,arg.l.magis
puto.§.ne autem.de reb.eoꝛum. Et iſtud tenent doc.non obſt.§.in
venditione,qꝛ loquitur ibi quando fit executio ſententie,quo caſu
capi debēt ea que habent faciliorē expeditionē. ¶ Quero,pone
ꝙ eccleſia pignoꝛauit fundum,eo caſu quo ſibi licet,vnde creditoꝛ
ex l.vult vendere pignus,vtrū debebit ſeruare ſolennitatē huius l.
21 vel decretaliū in venditione. † Reſpon.nō,imo libere poterit ven
dere,ſicut rem minoꝛis,vel alterius pꝛiuati. Text.eſt no.in l.ſi pu
e pilloꝛum.[e] §.j.de rebus eoꝛum. ¶ Quero quando alienantur no
mina debitoꝛū,vtrum debeat ſeruari illa ſolēnitas,que ponitur in
22 hac aut. Jſta queſtio vertitur in hoc an nomina debitoꝛū † cōpu
tentur inter mobilia,an inter immobilia Glo.tangit in aut.de non
f alie.in §.j.dicam in l.j.⁊ ij.j.ſi aduer.tranſac.¶ Quero circa fi.[f] hu
ius aut.dicitur hic creditoꝛ debet pꝛobare conuerſum in vtilitatē
23 eccleſie,vtrū † hoc habeat locū in quolibet creditoꝛe.Pe.intelligit
ſtricte in creditoꝛe feneratitio tātū,vt hic,⁊ in l.fi.ſi aduer.cre.Jnn.
videtur intelligere ſimpliciter in quolibet creditoꝛe mutuante.ſe
cus ſi ex alio contractu efficeret̃ creditoꝛ,nec diſtinguit vtrū fuerit
creditoꝛ ex contractu fenerati.vel non.vt in d.c.j.extra de depo.⁊c.

ADDITIONES.

a P. PAV. P. ¶ Hoc ius poꝛrectum.Circa materiam huius auth.
vide Alex.conſi.iiij.in iij.vol.Quid autem ſi eſſet aliquis pꝛelatus
non habens capitulū, qualiter debeat ſolēniter alienare,vide Ro.
conſi.xxxvj. Quando autē in dubio pꝛeſumatur cōtractus factus
in vtilitatē eccleſie,vide Bal.in c.j.qui feu.da.poſ.de quo etiam j.
Jtē an iſta aut.ſit canonizata, an ⁊ quando conſuetudo poſſit al
terare ſolennitatē in alienatione rei eccleſiaſtice,vide per Feli.in c.
cum cauſam.extra de re iud.Deci.in c.j.de conſu.Jtē an ſubſiſtēte
maxima neceſſitate poſſit pꝛelatus alienare bona eccleſie pꝛohi
bita alienari ſine debitis ſolēnitatib. vide Pau.de Lea.in v.q.inci.
Jn Chꝛiſti nomine.⁊ poſtea in fine illius queſtionis,vbi ponit con
cluſionē.Et an cōſuetudo poſſit alterare ſolēnitates requiſitas in
alienatione rei eccleſie,vide late Jaſonē in l.de quib.ff.de lega.Jtē
ꝙ vbi interuenerūt debite ſolennitates,pꝛeſumatur cōtractus fa
ctus in vtilitatē eccleſie,vide Alex.conſi.lxxix.j.vol. Jaſ.in l.pacta
nouiſſima.C.de pactis.Jtē vno caſu poteſt pꝛelatus ſine ſolēnita
te locare ad xxix.annos, valet quādo locaſſet ad tēpus,⁊ condu
ctoꝛ feciſſet plura melioꝛamēta,que eccleſia nō poſſit ſoluere,qꝛ fi
nito pꝛimo tēpoꝛe poſſet relocare ad annos xxix.Uide Bal.conſi.
xlvij.inci.quidā v.Abb.vol.j.per tex.in aut.de alien.⁊ emphy.in §.
locationes.Jtem ad illud quod dictum eſt pꝛeſumi contractum in
vtilitatē eccleſie quādo interuenerūt debite ſolēnitates, vide Jaſ.
in c.j.qui feu.da.poſ.An autē contractus alienationis factas cum
ſolēnitatib⁹ debitis ſit validus mero iure ſi non ſubſit cauſa legiti
ma,vide Fel.in c.que in eccleſiarū.de conſtit.Barb.conſi.xl.vol.j.
b P. PAV. P. ¶ Abbatis.Uide Barb.in c.j.de reb.eccleſ.non alie.
Gloſ.in Cle.j.in verbo,pꝛo pꝛimo.de reb.eccleſ.non alien.vbi Car.
Jmo.⁊ Abb.Uide aliquid per Bal.hic.⁊ Alex.in apoſtil.Pau.de
Caſt.hic,Abb.in c.ſtatuimus.extra de tranſac.poſt Jnno.ibi vide
Angel.in verbo alienatio.in verſic.xiij.incip.quia dicitur ſuperioꝛ.
Uide Bar.in conſi.xl.vol.j.qui diſcrepat a concluſione,quam fir
mat contra communem in d.c.j.de reb.eccle.non alie.
c ALEX. ¶ Solicitudinem iudicis.Adde quod eo caſu,quo pꝛo
hibita eſt alienatio, eo caſu erit pꝛohibita tranſactio text.eſt not.
in l.non ſolum.j.de pꝛedijs minoꝛum.not. Bart.poſt gloſ.ibi in l.j.
C.ſi aduer.tranſact.Et adde quod iſte ſolennitates non requirun
tur in vendicatione facta a mendicantibus, ſecundum Bald.in
authen.ſi qua mulier.ſ.eo.⁊ hic in penult.colla.ſed Abb.Siculus
poſt alios in cap.nulli.de reb.eccleſ.non alie.tenet quod iſte ſolen
nitates requiſite in eccleſia habeant locum in omni loco pio.⁊ etiā
Bald. hic. ¶ Et adde quid ſi non fuit adhibita cognitio tamen
alienatio fiat ex cauſa vera,an valeat,vide Fede.conſi.cxlij.
d ALEX. ¶ Pꝛobabit.Et ad hoc vide Bar.in l.ciuitas.ff.ſi cer.pe.
* CLAVD. DE SEIS. ¶ Et l.ſeq.ff.de legib.Adde gloſſ.in rub
que ſit Long.conſuetud.
e ALEX. ¶ Jn l.ſi pupilloꝛum. Adde gloſ.⁊ Bart.in l.a diuo pio.
§.in executione.ff.de re iudic.
f P. PAV. P. ¶ Circa fi.Cautela ad faciendum quod creditoꝛ non
habeat neceſſe pꝛobare verſum in vtilitatem eccleſie,vide per Ce
pol.cautel.ccxxxvj. Et in quib.caſib.requiratur hec pꝛobatio vide
Roma.conſi.ccccxlvj.

AVTHENT.

**Sicut alienatio.** Jſta authentica addit ad legem C.⁊c.

AVTHENT.

a **Multo magis.** [a] Pꝛopter vnumquodque tale,⁊ illud magis,⁊c.

ADDITIO.

a P. PAV. P. ¶ Multo magis. Non procedit vbi eſt diuerſa ra
tio,vide Roma.conſi.ccccxx.in fi.

AVTHENT.

1 ☞ Pꝛohibitus alienare in ſuos conſanguineos,an pꝛohibeatur accipere.
2 Adminiſtratoꝛ quando palam,⁊ publice poſſit emere de bonis il
lius,cuius eſt adminiſtratoꝛ,⁊ nume.3.
4 Pꝛelatus alienat res eccleſie in coniunctos ad tempus, non ta
men ad perpetuum.
5 Pꝛelatus alienat res eccleſie in perpetuum in conſanguineos pauperes.



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

a **Quibuſcunque.** [a] Iſta reſpicit ſecundam partẽ legis prohibitoriã
⁊ eſt breuiſſima in ſeq. ¶ No. mirabilem auth. quod in ca-
1 ſib. in quib. alicui permittitur alienare † ſuis conſanguineis, ⁊ ipſe
prohibetur accipere. Contra hoc vr ȷ. de contrah. empt. l. cũ ipſe.
Re. dicit no. ſatis, ibi loquitur in adminiſtratore pupilli, vel adul
ti, cui ſperatur in adminiſtratione ſuccedere, cum ipſe principalis
factus erit etatis legitime, hic loquitur quando adminiſtrat bona
eccleſie, que nunquam peruenit ad etatem legitimaz. Et ita gene
raliter intelligit in quocunque adminiſtratore eius qui ad etatem
legitimam non peruenit. hoc licet ſit notabile in ſe tamen eſt con-
tra opin. gl. noſtrarum poſitarum in l. ſi emptione. §. fi. de contrah.
empt. Dicendum eſt ergo, quod ipſe adminiſtrator poteſt emere
2 † palam, ⁊ bona fide de reb. eius, cuius bona admi. l. cum ipſe. ȷ. de
3 contrah. emp. fallit † in adminiſtratore eccl. vt hic videtis. Contra
hoc videtur in auth. de ſan. epiſ. §. ſi autem eccleſijs. gl. ſoluit, ⁊ eſt
no. ſol. Quedam eſt alienatio perpetua, ⁊ iſta prohibetur fieri iſtis
coniunctis perſonis, ita loquitur hic. Quedaz eſt conceſſio † ad tẽ
pus, ⁊ iſta non prohibetur, vt lege contraria. quod tene menti pro
b Abba. ⁊ Prelatis [b] qui tota die res emphyteuticas ad ſe reuer-
ſas concedunt ſuis conſanguineis. Nam ſi quidem conceſſerint
ad tempus vſque ad ſecundam, vel tertiam generationem, valet,
ſecus ſi concederent perpetuo, per hanc auth. quod no. ⁊ vide gl.
5 Sunt tamen quidam † qui conſanguineis ſuis [c] pauperib. poſſent
c concedere emphyteuſim perpetuam, vel feudum perpetuum. Ita
no. dicit Iac. de Bel. in prima conſtitut. feu. in princi. ⁊ allegat que
dam decreta, que vide.

ADDITIONES.

a P. PAV. P. ¶ Quibuſcunque. No. circa iſtã materiam quod iſte
forme, ⁊ ſolennitates requiſite in locationibus reruz eccleſie de cõ
ſuetudine non ſeruantur. vide Spe. in ti. de emph. §. nũc aliqua in
ver. vj. Alex. conſ. lxxix. incip. circa primum de quo querimus in j.
vol. ⁊ eſt de mente Bar. ⁊ Ful. in auth. qui rẽ. ȷ. eo. Ang. in auth. de
non alie. in §. ſcire autem. vide an talis cõſuetudo valeat, apoſtillã
factam ſ. in authen. hoc ius porrectum. in princ. Item de veritate
eius quod hic no. an poſſit prelatus ſuis conſanguineis infeudare
vel dare in emphyteuſim, vide late Iaſ. in c. j. qui feu. da. poſ. in v.
fallen. vide do. Fran. Cur. in trac. feu. in ij. parte. q. vij. Barba. conſi.
xvij. in iij. parte. ⁊ in c. vt ſuper. de reb. eccle. non alienan. vbi Abb.
tenuit contrarium. Et idem Abb. conſi. iij.

b ALEX. ¶ Et prelatis. Et facit an prelati poſſint infeudare agna
tis, gl. ſin. ſecundum Bald. in c. j. ſi de inueſti. lis oriatur inter do. ⁊
vaſal. dicit quod de iure non poteſt licet de conſuetudine ſic, que
preualet. Sed Bald. ibi dicit quod etiam de iure poſſunt, quando
agnati ſunt idonei, ſicut quando prelati ſunt executores pauperũ
poſſunt bona diſtribuere conſanguineis ſi ſint pauperes, alias ſe-
cus iuxta gl. in l. illud. ȷ. eo. tit. Adde quod not. Bart. in l. cum qui-
dam. de leg. ij. vide Feder. in conſi. ⁊ late per do. Abb. in c. vt ſuper.
de re. eccle. non ali. qui tenet contra opi. legiſtarum. Et quod indi-
ſtincte prelatus poſſit contrahere cum cõſanguineo ſecus in eco-
nomo, ⁊ hic per Bart. vide etiam Pet. de Ancha. in cle. j. de exceſ.
prela. ¶ Adde an prelatus poſſit dare cõſanguineis rem paruam
in emphyteuſim, ſi primo iurauit non alienare inconſulto ſummo
Pontifice, vide Feder. conſi. ccx. Et an poſſit conſtituere vſumfru-
ctum ad vitam cõſanguineo, vide per eundem in conſi. liij. ⁊ clxxxv.

c POMA. ¶ Conſanguineis ſuis. vide Panor. conſil. xlj. volum. j. ⁊
Federi. de Sen. conſil. liij. ⁊ aliqua per Prepo. Alex. in c. decenter.
lxxxix. diſtinc. ⁊ Feli. in c. ad audientiam. de reſcript. ⁊ vide Barba.
conſil. xliij. volu. ij. ⁊ Imol. in conſi. lxix. ⁊ Panor. in c. vt ſuper. ⁊ ibi
Barb. de re. eccle. non alie. ⁊ Alex. hic in apoſtil. ⁊ Paul. de Caſtr.
conſi. ccxcv. ⁊ do. Car. Alex. in c. j. qui feud. dare poſ. in prin.

AVTHENT.

1 Dolus cum dolo quando compenſetur.
2 Emptori rerum eccleſie, qui emit ſine ſolennitate quomodo ſuc-
curratur.

**Quires iam dictas.** Vidimus au-
thent. prohibi-
torias, modo ſequitur videtur aut. punitorias. ¶ Op-
pon. dicitur hic quod emptor repetit ab economo, non
ab eccleſia. In contrarium, dolus cum dolo debet compenſari. ff.
de eo per quem fac. erit. l. iij. §. fin. ⁊ in l. ſi. in princ. ⁊ de dolo. l. ſi duo.
1 † Dicit glo. certe hic dolus economi vendentis preponderat dolo
emptoris. Et vide gloſſ. intellige quod preponderat dolo empto-
ris preſumpto, ex eo quod contra legem contrahit, vt l. quemad-
modum. de agri. ⁊ cenſi. lib. xj. ⁊ in c. qui contra iura. extra de regul.
iur. li. vj. Sed in veritate, iſte emptor erat in bona fide ſcilicet, ſciẽs
ſe nullam actionẽ habere contra eccleſiam, ſed contra economum.
Ita tenet glo. in corpore vnde ſumitur iſta auth. ⁊ idem tenet glo.
in c. ad audientiam. extra de reb. eccle. non alien. ¶ Quero quid ſi

a prelatus [a] vel concedens non habet aliquid, quia erat vnus de
2 monachis, vtrum iſte emptor poſſit regredi contra eccleſiam † gl.
dicit quod ſic, ſi eccleſia eſt locupletior. Et vide gloſſ. not. valde, ⁊
eam tenent Canoniſte in d. c. ad audientiam. quod intellige verum
quando contrahens erat bone fidei in veritate, alias non haberet
regreſſum contra eccleſiam, nec contra economum, vt ego ſ. dixi,
b ⁊ ſecundum hoc vidi fieri pluries, [b] cum quidam homines permu-
taſſent cum quadam eccleſia, non ſeruata forma iuris, ⁊ eccle. po-
ſtea vendicaret ea que alienauit. Dixi quod debebat reſtituere, ⁊
ipſa idem quod accipit, ſi haberet, ⁊ ſic eſt locupletior. per hanc gl.
quam tene menti. ¶ Vltimo eſſet videndum, quomodo procedũt
contractus emphyteutici, qui quotidie fiunt ab eccleſijs, cum hic
omnino prohibeâtur. Dicam in aut. qui rem. ȷ. eo. incontinenti, ⁊c.

ADDITIONES.

a P. PAV. P. ¶ Si prelatus. De hoc, quomodo eccleſia teneatur
ementi ab economo, ⁊ an debeat pretium reſtituere, vide que ſcri-
pſi ſ. in l. iubemus. §. ſane. in verſi. ad primum opponitur ad Bart.
b ALEX. ¶ Fieri pluries. Vide per Canoni. in c. nulli. ⁊ in c. ad au-
dientiam. de reb. eccle. non alien.

AVTHENT.

a **Siquas.** [a] Hic incipit Imperator ponere aut.
permiſſorias. ⁊ ſic cadit ſuper tertia
parte legis, ⁊ ſunt difficiles authent. iſte, ⁊ legam ſimul
hanc authen. ⁊ authen. perpetua quia ſibiinuicem con-
tradicunt, Diuiditur in partes duas. Primo loquitur quando il-
le, qui recipit domum ruinoſam in emphyteuſim, ſtatim vult ſol-
uere penſionem. Secundo quando prius vult reedificare, ⁊ poſtea
ſoluere. Secunda ibi, aut prius eo reedificante.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Si quas. Vide hic per Bald. de materia renouatio-
nis, ⁊ aliqua per Cano. in c. j. de preca. ⁊ inquantum Bal. hic que-
rit, quid important hec verba, concedo tibi in tertiam generatio-
nem. cum opi. Bal. tranſit Pet. de Anch. in cle. j. de pen.

AVTHENT.

2 Verbum perpetua, intelligitur donec penſio ſoluatur.
3 Emphyteuta nunquam preſcribit contra dominum directum.
4 Res eccleſie quando concedantur in emphyteuſim, cum diminu-
tione penſionis, ⁊ vſque ad ſextam partem. ⁊ nume. 5.

a **Perpetua.** [a] Iſta auth. diuiditur in tres par-
tes. Primo loquitur quando res
talis, qualis erat quando peruenit ad eccleſiam, ⁊ eſt
fructifera. Secundo loquitur, quando redditus rei ſunt
diminuti ob cladem. Tertio loquitur quando res eſt cara ⁊ mo-
dicum fructifera, vt turris. Secunda ibi, at ſi ob cladem. Tertia
ibi, quod ſi res. ¶ Oppo. dicitur hic, quod datur in emphyteuſim
b perpetuam [b]. Contra in auth. de non alie. §. emphyteuſin. vbi non
permittit emphyteuſim, niſi in tres perſonas, ſcilicet accipientem,
filios ſuos, ⁊ ſuos nepotes. Huius timore ſunt hic opi. Veritas eſt
1 quod ille §. emphyteuſim † corrigitur per iſtam authen. que eſt de
alien. ⁊ emphyt. vnde ſumitur iſta, ⁊ ſic hodie permittitur emphy-
teuſis perpetua ſecundum formam huius auth. ⁊ debet intelligi
2 † perpetua, hoc eſt, donec penſio ſoluatur. Inſtit. eo. §. adeo. ⁊ ȷ. eo.
auth. qui rem. ¶ Sed ad hoc oppo. quia ſecundum hoc ius eccle-
ſie minuetur, nam poſſidendo xxx annis preſcribitur dominio ec-
cleſie, vt ȷ. eod. auth. quas actiones, ⁊ ideo quidã dicunt quod non
poteſt concedi niſi vſq; ad xxx. annos alij dicunt quod omni tem-
pore xxx. annorum eccleſia retrahat rem ab emphyteuta ne ille di-
5 cat ſe preſcripſiſſe. Tu dic quod † emphyteuta nunquam preſcri-
bit contra eum, quem recognoſcit in dominum directo, vt l. male
agitur. de preſcrip. xxx. annorum. ¶ Secundo oppon. ⁊ iſtud con-
trarium eſt multum difficile. Dicitur in auth. ſi quas, quod quan-
do res ruinoſa conceditur in emphyteuſim, ſit diminutio merce-
dis, ſed in auth. perpetua. ver. quid ſi ob cladem. dicitur contrariũ,
quod nulla debet fieri diminutio. Huius contrarij timore ſunt in
gloſ. opin. Vna eſt, quod auth. perpetua determinetur per auth. ſi
quas, vt quod ibi dicitur quod initam pẽſionem, determinetur ſe-
cundum dictum huius auth. aut ſoluere vult ante, aut poſt. Nam
iſta aut. ſi quas, in corpore, eſt poſt illam, licet in C. ſit poſita prior.
Alij dicunt ⁊ iſta opi. erat Mar. Syl. quod hic loquitur in domi-
bus ruinoſis. auth. perpetua, loquitur in non ruinoſis, ſed que pa-
tiuntur aliam cladem, vel alium defectum, vt quia ſunt alique do-
mus pulcherrime, in quibus nullus vult habitare, quia dicitur
quod per domũ vadunt ſpiritus de nocte, vel dicitur infortunata.
Iſta opin. do. Mar. ſatis appropinquat veritati. Glo. tamen alibi
dicit melius, ⁊ latius quam in aliqua parte iſtarum auth. in auth.
de non alien. §. quia vero leonis. vbi gloſ. diſtinguit pleniſſime. Tu
4 † tamen quantum pertinet ad intellectum iſtarum auth. aduerte,

quandoque eccleſia habet predia, vel domos ruinoſas,⁊ tunc lo-
quitur auth.ſi quas.quãdoque hʒ predia vel domos nõ ruinoſas,
⁊ tunc quandoque vult in emphyteuſim concedere propter debi-
tum imminens,tunc debet concedere pro tanta mercede, quanta
reperitur facta ſubhaſtatione,ſecundũ formam auth.hoc ius por-
rectum. ¶ Quandoque vult concedere in emphyteuſim perpe-
tuam propter aliquam vtilitatem eccleſie,⁊ tunc ſi res eſt in eodẽ
ſtatu,in quo erat quando peruenit ad eccleſiam, vel modicũ plus,
vel modicum minus excreuit quo ad fructus.poteſt concedi in em
c phyteuſim facta diminutione ſexte partis penſionis. [c]ad plus, vt
hac auth.perpetua.in prin.ſeruata ſolennitate que hic habetur,ꝙ
intellige ſecunduʒ auth.qui rem.ĩ.eo.in fi.⁊ hic in prin. Ratio qua
re ſit iſta diminutio , eſt quia quando res conceditur colono ſim-
pliciter.ſit diminutio propter ſterilitatem.vt ĩ.loca.l.licet.ff.eo.l. ſi
vno.§.j.emphyteute vero nulla ſit diminutio,vt ĩ.de iure emphyt.
l.ij.⁊ ideo ſit illa diminutio,propter caſum ſterilitatis qui poſſet oc
currere. ¶ Quandoque res non eſt in eodem ſtatu , in quo erat
quando peruenit ad eccleſiam,ſed eſt diminuta,vel redditus dimi
nuti ob aliquam cladem vel propter peſtẽ aeris,vel propter alium
caſum tunc poteſt concedi in emphyteu. pro extante penſione,
conſiderato tempore, quo conceditur abſque alia diminutione.
Ita loquitur iſta pars ſecunda huius authent. perpetua. Ratio
quia cum fructus ſint modo diminuti ob aliquam peſtẽ,⁊ eſt ſpes
quod redeant ad priſtinum ſtatum ideo amplius diminui non de
bent. ¶ Quandoque eccleſia habet rem pretioſam modici pretij,
tunc loquitur finis huius auth.perpetua. Modo habetis intelle
ctum huius materie. ¶ Opp.dicitur hic,perpetua quoque,⁊c.Cõ
tra , iſta auth.ſumitur in corpore de non alie.ſed ibi non permitti-
tur alienatio perpetua ergo.⁊c. Solu. Dicas, quod iſtud nomen
eſt additum ex auth.de alie.⁊ emphyteu. ¶ Secundo oppo.quod
hoc ſit contra vtilitatem eccleſie euidenter,quia ſit diminutio mer
cedis in ſextam partem.Sol.dicit gl.bene,⁊ recte intelligẽdo Ego
fateor,ꝙ prelatus poteſt cõcedere in emphyteuſim pro maiori pẽ
5 ſione ſi reperiret accipientem,tamen permittitur quod fiat † dimi-
nutio ſexte partis,ſi aliter non inueniretur.Et hoc ſit propter ſte
rilitatem.propter quam de cetero non poterit fieri.vt ſ.dixi. Ita
ſentit gl.⁊ bene. ¶ Opp.in auth.de alie. ⁊ emphytuet.§.j. Solut.
6 Ibi ſpeciale † eſt in reb.eccleſie Conſtantinopolitane propinquis
ciuitati,que non poſſunt dari aliquo modo. ¶ Opp.ad fin.huius
auth.de alie.⁊ emphyteut.§.ſanctiſſimas.Sol.Speciale eſt in reb.
eccleſie Hieroſolimitane,de qua dicitur ibi. Modo circa iſtas au-
thent.eſt videre quomodo eccleſie concedunt tota die ſub penſio-
ne vnius denarij, nec ſeruant ſolennitates, de quibus hic dicitur,
ſtatim dicam in authen.qui rem.vbi gloſſ.tangit.

ADDITIONES.

a P. PAV. P. ¶ Perpetua. Uide Alex.conſi.lxxix.in j.vol.vbi dicit
quod ſolennitas huius authen.non ſeruatur conſuetudine.
b ALEX. ¶ Perpetuam, Quia Bartol.allega.contrarius , vide
quod dixi in l.vt iuriſiurandi.§.ſi liberi.ff.de ope.li.
POMA. ¶ Pro horum iurium declaratione,vide Alex.conſi.ix.
vol.ij.⁊ Pau.conſi.lxxiij.in ij.dubio.vol.j.⁊ vide que poſui ad gloſ.
in l.etiam.ff.ſol.mat.⁊ Soʒ.conſi.cclxvj.vbi declarat.

AVTHENT.

a * Item ſibi. [a] Iſta eſt alia auth.que permittit rem
eccleſie alienare,ſeu permutare,* ⁊c.

ADDITIONES.

a Item ſibi. Uide Barb.in c.j.extra de rerum permuta.
* CLAV. DE SEISS. ¶ Seu permutare. Intellige cum conſen
ſu ſuperioris,quod procedit vbi res eccleſie permutatur,cũ re in-
ferioris:ſecus ſi cum re ipſius principis. ita ſingulariter Hoſtien.
in c.j.de rerum permut.quod dicit Roma.in rtpet. auth. ſimiliter.
C.ad l.Falcid.eſſe communiter legiſtis incognitum.de cuius veri-
tate habetur communiter per Butri.⁊ alios nouiores ibi.

AVTHENT.

1 ☞ Eccleſia pro re tributaria,que ad eam peruenit,tenetur ad tri-
butum.

Item predium. Oppo.⁊ videtur quod
eccleſia nõ ſuſtineat o-
nus fiſcale,vt in authen.item nulla communitas.ĩ.tit.j.
1 Solu.glo.que eſt ſ.eo.auth.ſicut alienatio.dicit † quod
hoc intelligitur quando res erat obligata pro oneribus preteri-
tis.antequam eſſet eccleſie. Tu dic tributa realia ſubire eccleſiam
ſecundum ea que dixi in l.placet.ſ.eo.⁊c.

AVTHENT.

1 ☞ Emphyteuta eccleſie ceſſans in ſolutione canonis biẽnio.pri-
uati vero triennio,cadit a iure ſuo,⁊ non tamen ipſo iure,ſed ſi do-
minus vult.nume.3.
2 Colonus priuati ob non ſolutionem,quando cadat a iure.
4 Contractus emphyteutici ab eccleſia celebrati forma non ſerua-
ta,quando valeant.

6 Res eccleſie ſolita concedi vno pretio, ſi concedatur pro minori
conceſſio non valet.
7 Res eccleſie ſi concedatur in perpetuum,vel vſque in tertiam ge-
nerationem maſculinam,⁊ femininam,conceſſio non valet.

a Qui rem. [a] Iſta aut.eſt vlti.ſeu pe.tranſpoſita
in hac lege, que determinat vnũ du-
bium circa premiſſa in alijs aut.contra hanc aut.oppo.
de iure emphy.l.ij.vbi habet triennium. Dicit gl.diſtin-
1 gue tres caſus. † Aut eſt emphyt.eccleſie,⁊ habet bienniũ,vt hic.
2 Aut eſt priuati,⁊ habet trienniũ vt ibi. Aut eſt ſimplex † colonus
priuati.⁊ habet biẽnium vt l.quero.§.inter locatorem.ff.lo. Unde
vltimum eſt verum, quando eſt actum vt non poſſit expelli,vt d.l.
quero.§.inter locatorẽ. Aut eſt ſimplex cõductor,⁊ ſtatim cum nõ
ſoluit penſionẽ,poteſt expelli,vt l.iij.C.de lo. ¶ Opp.eccleſia non
debet locupletari cũ aliena iactura,vt l.nam hoc natura.ff.de con-
dic.inde.dicit gl.hoc contingit propter delictũ partis.⁊ bene dixi
in auth.qui res iam dictas.ſ.eo. ¶ Quero quãdo quis non ſoluit
3 penſionẽ,vtrum cadat a iure ſuo ipſo iure. † Certe hic eſt tex.quod
b non ſed ita demum, ſi vult dominus. [b] ⁊ vide tex.ibi repelli poteſt.
⁊ quod nõt.in l.j.in fin.cum l.ſeq.ſi ager vecti.vel emphyt.petatur.
¶ Querit gl.pone quod aliquis accepit ab eccleſia in emphy.rem
valentem quinquaginta pro penſione vnius denarij pro quolibet
anno.quero ſi non ſoluit vnũ denariũ per bienniũ, an cadat a iure
ſuo? gl.alle.pro ⁊ cõtra,⁊ non determinat aliquid. Antequã deter-
minem iſtam queſtionem primo expedit videre quomodo valeant
4 iſti cõtractus emphy.qui † celebrãtur ab eccleſijs,nõ ſeruata for-
ma iſtarum auth. Ad quod reſpondeo breuiter,quod auth.iſte lo-
quantur quãdo quis vellet in emphyt.dare vel in feudum res que
ſunt de menſa eccleſie ſeu monaſterij non cõſuetas dari in emphy.
vel in feudum. Si vero ſunt res conſuete dari in emphy.vel in feu-
dum, tunc ceſſat forma iſtarum auth.ſeu iſtorum iurium,⁊ poteſt
libere concedi in feudũ, ſeu emphy.tex.extra de feu.c.j.⁊ x.col.epiſ.
vel Abb.c.j.habes ergo quod iſti cõtractus valent q: res nõ ſunt
5 de menſa,⁊ ſic ad illas res prohibitio ſe nõ extendit. ¶ † Nunc ad
queſtionẽ gl.dico quod ſi quis omiſerit ſoluere illam modicã pen-
ſionem per bienniũ,cadit a iure ſuo. Et ita tenent omnes doc.nam
iſta auth.loquitur in omnibus caſibus in quibus emphy.eſt pro-
miſſa. ¶ Quero iuxta predicta,quid ſi eccleſia cõſueuerat illã rem
c nõ dare pro minori penſione,⁊ tũc dat pro minori,an valeat? [c] Ui-
detur quod contractus valeat ſed qd eccleſia poſſet reſtitui,extra
6 de reſti.in inte.c.j. Contrarium † videtur,quia ſecundum hoc annui
redditus alienantur,⁊ minuuntur, quod non poteſt fieri,vt ſ.eo.l.
iubemus.in prin.iſtud ego puto verũ,ſalua meliori deliberatione.
Non obſt.c.j.de reſti.in integ.quia ibi loquitur de locatione ad tẽ-
pus modicum.vel ſi intelligas in locatione ad tẽpus magnum,in-
telligas quod fecit in caſu licito,tamen fuit decepta eccleſia. Dixi
vobis modo in auth.perpetua.quod res poteſt in emphy.concedi
facta diminutione ſexte partis, tamen ſi inueniret eum, qui daret
plus non deberet facere illam diminutionẽ. Pone ergo,quod con-
ceſſit in emphyt.facta diminutione ſexte partis,cum potuiſſet ſine
diminutione,ſi bene perquiſiuiſſet, certe poterit petere reſtitutio-
d nem d.c.j. ¶ Quero,quid ſi res conſueta dari in emphy. [d] vſqʒ ad
e tertiam generationem [e] maſculinã, ⁊ eccleſia dat vſqʒ ad tertiam
7 † generationẽ maſculinam ⁊ femininã,vel quid ſi conſueuit dare in
emphyt.temporalem,⁊ conceſſit in perpetuum,an contractus iſte
valeat? dubito,tamẽ prima facie videtur quod ipſo iure nõ teneat.
f Pro hoc videtur caſus. [f] x.col.de leg.Corradi.c.j.§.pe. Hoc probo
per rationem, emphyt.perpetua non permittitur niſi ſeruata aut.
iſtarum forma.fallit propter conſuetudinẽ,ſed in iſtis non eſt con-
8 ſuetudo, † ergo, ⁊c. Nam conſuetudo ⁊ preſcriptio non extendit
g ſe vltra id quod agitur [g], vt ff.de iti.actuque pri.l.j.§.iij.ſed hic eſt
* cõſuetudo * vt certo modo detur, ergo alio modo dari nõ poteſt.
9 Quero,que res dicatur de menſa,⁊ que non? † Dic vt extra de re.
eccleſ.non alie.c.vt ſuper.per Innoc. Predicta,que dixi,intelligas
ſalua meliori deliberatione , forte dicam ĩ.de iur.emphyt.l.j. Hoc
ideo dico,quia non tangunt doct.in aliqua parte.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Qui rem. Et adde quod quatuor ſunt caſus.in quib9
permittitur alienatio rei eccleſiaſtice , qui not.xij.q.ij.in ſum.⁊ ſi in
inſtrumento venditionis,quã facit eccleſia continetur precedenti-
bus legitimis tractatibus, ⁊c. vide Bart.in aut.ſi quis in aliquo.
Sed pone quod res eccleſiaſtica incidat in eccleſiaſticũ,vel mona
ſterium,⁊ ipſam retinuit per annũ,an dicatur incorporari eccleſie,
adeo quod nõ poſſit in emphyteuſim dari vel alienari,ſine hac ſo-
lennitate. Ang.vero in l.ſi vacantia.dicit,quod poterit dari in em-
phyteuſim,ſine ſolẽnitate niſi prius fuerit incorporata per officia-
les ad hoc deputatos.ſequit Ric.ibi per illã l.licet Arch.tenuerit
contrariũ in c.niſi.de re.eccl.non alie.adde quod no. Pau.de Lea.
in cle.j.de he.inſt.in gl.alios. ¶ Adde an tractatus preſumat pre-
ceſſiſſe in alienatione rei eccleſiaſtice,vide Bal.conſi.cccxcix.lib.iij.
P. PAV. P.

P.PAV.P. ¶An autem ſolutio facta per tertiū excuſet emphy-
teutam, quo minus cadat, vide Ro.ſin.lviij.incip.ſi emphy.eccle-
ſie finita generatione perdat melioramenta, vide Paul.de Caſtr.
conſil.cxxxix.in iiij.vol.vbi per totū multa ſimilia ponit in materia
melioramentorū. Vide etiam Bal.in c.j.§.ſi quis de manſo.de con
trouer.inueſt.⁊ illud quod dicitur hic de emphy.eccleſie quod ha-
beat bienniū,limita ſing.niſi eccleſia citaſſet emphyteutam vt ve-
niret ad ſoluendū,quia tunc ſufficit lapſus ſex menſium,ſecundum
Angel.in addi.ad Bart.in l.locorum.C.de omni agro deſer.lib.xj.
Item dum dicitur hic quod ſi emphy.deteriorauit,priuetur,quid
ſi ex alio latere meliorauit? Vide Moder.hic, Vide etiam Barb.
conſi.xxxvj.in ij.vol. Adde ad ea que adducunt hic Moder.tex.in
l.ſi negotia.in fi.⁊ quod ibi dicit Bart.ff.de neg.geſt.Et contra di-
ctum Ang.in d.l.locorum.vide Barb.in c.potuit.extra locati.
b P.PAV.P. ¶Si vult dominus.Et ſic procedit etiā hoc in eccle-
ſia.Idē Sali.in l.fi.C.de iure emphy.Imo.in c.fi.extra.de preſcrip.
Alex.conſ.dlxxxix.incip.viſis themate. Imo plus Bal.in l.fi.C.de
reuo.don.dixit quod vbicunqꝫ lex dicit ipſo iure reuerti ad dñm,
intelligitur ſemper ſi dñs voluerit,⁊ petierit.Sequitur Alex.conſ.
cccxiiij.incip.viſo themate.vide ad Bar.in l.fi.C.de iure emphy.
c ALEX. ¶An valeat.Vtrum autē ſi ipſa eccleſia non ſoluat ca-
nonem,cadat a iure ſuo.gl.hic quod ſic.⁊ Bal.in l.placet.ſ.eo.
d POMA. ¶Dari in emph. Vide Alex.conſi.ix.in iij.vol.⁊ vnum
verbum Alex.in conſi.j.in iiij.vol.⁊ conſi.v.in fi.vol.v.⁊ Fel.in c.au-
ditis.⁊ maxime in ſeq.verſi.conſuetudo.de preſcri.⁊ Adde Anna.
conſi.lxxxiiij.⁊ vide pro confirmatione text.in ca.poſſeſſiones.⁊ ibi
Barb.in ij.no.de reb.eccle.non alie.⁊ Barb.in c.cum ſuper.de offi.
deleg.⁊ Alex.conſi.xxxviij.vol.ij.vbi conſuluit in puchro caſu,⁊ ibi
innuit ꝙ valeret ſaltem vſqꝫ ad tertiā generationē,⁊ do.Prepo.in
tit.qui feu.dar.poſ.in prin.vide etiam do.Alex.cōſi.clxxxviij.vol.ij.
e ALEX. ¶Generationem. Bene facit l.ſi quis aliam.ff.de ſolut.
Bald.tenet contra.in auth.ſi quas ruinas. ⁊ ibi dixi ſ.eo.pro qua
eſt tex.in §.neqꝫ.in auth.de non alie.Et ibi etiam vide Bald.quid
importet,⁊ qualiter ſumatur tertia generatio.
f ALEX. ¶Videtur caſus.Et ibi vide Bal.remiſſiue loquentem,
Bal.in l.etiam.in prin.ff.ſol.mat.videtur idem tenere quod Bart.
* CLAVD.DESEISS. ¶Conſuetudo. Imo de conſuetudine
omnes ſolemnitates ſunt ſublate in alienatione rerum eccleſie:vt
cōcludit Spe.in ti.de loca.§.nunc aliqua.ver.vj.de quo an valeat,
vide Bart.⁊ Salic.in auth.hoc ius porrectum.ſ.eodem.
g ALEX. ¶Quod agitur.Et quia Bart.eſt contrarius,vide que
dixi in l.vt iuriſiurandi.§.ſi liberi.de ope.liber.

LEX XV.

1 ☞Facta tempore tyranni vero domino ſuperueniente caſſantur.

**DEcernimus.** Iſtam legem habuiſtis in
l.omni innouatione.ſ.eod.
a caſſatis omnibus factis tempore tyrannidis [a] priuile-
gia eccleſiarum in omni ſuo robore perſeuerent.h.d.
1 ¶Nota de verbo,funditus. ¶†Nota quod omnia facta tempore
tyrannidis ſuperueniente iuſto domino debent caſſari, ⁊ irritari.
quod no. Sed Deus ſcit,quando ſuperuenit iuſtus dominus,⁊c.

ADDITIO.

a ALEX. ¶Tyrannidis.Facta tempore tyrannidis debent reuo-
cari.Adde Bart.in ſuo trac.de tyrannide.facit quod no.Bar.in l.
omnes populi.in ij.q.prin.ff.de iuſt.⁊ iur.per Joā. And.in cle.j.de
baptiſ.Ex oppo.adde quod dixit Bal.de pace conſtan.in ver.pri-
uilegia omnia.per illum text.quod ſi bona rebellium tēpore rebel-
lionis alijs ſint cōceſſa perſonis, facta pace ſunt reddenda primis
dominis,adeo quod ipſa pax non habet vim ſimplicis indulgētie,
ſed reſti.in integ.tex.eſt ibi not.ꝙ tene menti.Et adde que dixi in l.
creditor.j.de ſol. Et an papa propter rebellionē perdat poſſeſſio-
nem papatus,vide Bal.in l.male agitur.C.de preſcript.xxx.ann.⁊
dicit Bal.in l.fi.C.per quas perſonas.quod licet ſubditus ſubtra-
hat obedientiā ſuperiori,non preiudicat.facit l.fi.de acqui.poſ.que
no.⁊ tene menti.Sed nūquid bānitus,cuius bona fuerūt alienata,
ſi reſtituatur,intelligatur etiam ad bona reſtitutus.vide Bar.in l.
Gallus.§.⁊ quid ſi tantū.⁊ ibi etiam per Moder.de lib.⁊ poſthu.

LEX XVI.

1 ☞ Acta dicuntur,que fiunt coram iudice.
2 Lex ⁊ ſtatutum,quando extendatur ad caſus ſimiles.⁊ nu.3.
4 Donatio facta eccleſie vltra quingentos aureos, valet ſine inſi-
nuatione.⁊ nume.5.
6 Donatio facta pauperibus, requirit preſentiam alicuius ſtipu-
lantis nomine ipſorum.

**ILlud quod.** Eccleſie ⁊ ciuitati poteſt do-
nari vſqꝫ ad quingentos au-
a reos ſine inſinuatione [a].h.d. ¶Nota gloſ.ſuper verbo,
1 actis, id eſt, ſcripturis factis † corā Judice, quā vide ⁊
no. ¶Opp.⁊ videtur quod lex debebat extendi ad caſus ſimiles,
2 † vt l.non poſſunt.ff.de leg.⁊ l.ius ſingulare.eo.tit. Glo.dicit quod
iſta prohibitio,que fit in fine, prohibet deſcēdi ad caſus diſſimiles
non ad ſimiles.vide gl.⁊ tene menti. ¶Contra illud dictum oppo.
de eo quod habetis in l.j.j.de patri.qui fi.diſ.vbi etiā ad caſum ſi-
3 milem non extenditur,quando eſt prohibitum. †Sol.ibi loquitur
in ſtatuto odioſo,hic in ſtatuto fauorabili.Et ſic debet intelligi.ff.
de legi.l.leges.⁊ quod not.de reg.iur.c.odia.lib.vj. ¶Opp.de l.pe.
j.de don. Sol: Concedo quod hodie poteſt donari cuilibet,vſque
ad quingentos ſolidos,ſine inſinuatione. Sed tunc quero,vtrum
eccleſie poterit donari vſqꝫ ad octingentos? Quod videtur,nam
4 ſi habeat † priuilegiū in trecentis ſcilicet.vltra alios,ita eodē mo-
do habeat hodie vide gl. Pet.tenet contrarium,quia hoc non re-
peritur ergo,⁊c. ¶Quid dicemus? Breuiter dico,quod quando
lex prohibet aliquibus in plus,⁊ alijs in minus per nomina reſpe-
ctiua,tunc eo ipſo quod augetur in perſona vnius, fit augmētum
in perſona alterius reſpectiue, ⁊ ita in diminutione , vt l.ſi ita.§.j.
b de libe.⁊ poſt.⁊ de here.inſti.l.clemens. ¶Quādoqꝫ prouidet [b] di-
uerſis, per nomina ſimplicia ſignificātia quantitatē vel rem,tunc
iſta prouiſio plus cōtinens,non recipit augmentū,vel diminutio-
nem extrinſece,propter rem aliquā illis cōceſſam,vt l.ſi alterius.ff.
de here.inſtit. Modo ad propoſitū,augmentum ⁊ diminutio que
ſunt facta eccleſie;ſunt facta per nomina ſimplicia; nō per nomina
reſpectiua, ſignificantia quantitatē, ideo non puto auctū priuile-
5 gium eccleſie,per l.pe.§.fi.de do. Bene autē puto † quod per ean-
dem legē in prin.valeat hodie donatio facta in eccleſiā indiſtincte,
ſine aliqua inſinuatione. ¶Querit gl.quid ſi aliquis exiſtēs in ca-
c merā ſua dixit? Dono pauperibus centū [c],vtrum iſta donatio va-
6 leat? Gl.dicit quod non.Circa quē dicere, † vtrum requiratur pre-
ſentia alicuius,qui recipiat pro pauperibus,aut eis conceditur in
vltima voluntate,⁊ non requiritur preſentia.vt l.cum pater.§.do-
natio.ff.de leg.ij. Aut eis cōceditur inter viuos,⁊ tunc aut cōſtat,
quod quis voluit contractū donationis celebrare, ⁊ tūc nō valet,
d niſi ſit ibi aliquis preſens.vt hic in gl. [d] Aut eſt dubiū,⁊ tūc valebit
e iure cuiuſdā voti,ſeu pollicitationis, [e] vt ſic ſit obligatus perſona-
liter,vt l.ij.in prin.ff.de polli.⁊ extra de vo.⁊ vo.redem.per totū ⁊c.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶Inſinuatione.Limita hanc l.requirentē a quingentis
aureis ſupra inſinuationē non habere locum de iure Cano.valent
donationes facte eccleſie,ab alio quā ab Imperatore indiſtincte,
vſqꝫ ad omnem ſummam abſqꝫ inſinuatione.vt no.Hoſti.⁊ Joan.
And.in c.fi.de ſol.⁊ pro eis allego c.ſunt qui opes.xvj.q.iiij.⁊ Cle.
in fi.de decimis.Et eſt ratio,quia ſicut materia relictorum ad pias
cauſas,cēſetur eſſe ſpiritualis,ita quod leges que diſponūt ſuper
illis non valent,niſi quatenus ſint per canones approbate.c. rela-
tum,de teſt.⁊ no.Bart.in l.cunctos populos.ſ.tit.pro xi.ita etiam
donationes inter viuos facte,in piam cauſam,vt eccleſijs.arg.c.fi.
de reb.eccl.non alie.facit quod habetur.xij.q.ij.xiiij.q.v.per totum.
quid ſi donat Romane eccleſie?tenet indiſtincte Bald.in authen.
item a priuatis.j.de do.quod non requiritur inſinuatio , etiā vltra
quingentos aureos, tenet do.Abbas in c.relatum.per illum text.
de teſta.ex identitate rationis.⁊ dicit quod Bart.hic idem tenet.
Adde quod Barto.allegat Ang.in l.Stichum aut Pamphilum.
ff.de verb.oblig.qui dicit hic eſſe vnam gl.ſingularem,quod dona-
tio ad pias cauſas facta diuiti,nō dicitur eſſe pia cauſa,⁊ vide que
ibi no.Moder. ¶Adde an donatio facta eccleſie,vel pio loco,in-
ſinuatione egeat.Pau.de Caſt.cōſi.cxxxij.⁊ ciij.⁊ per Abb.cōſi.cij.
b POMA. ¶Quandoque prouidet.Vide Alex.in l.ij.ff.de lega.j.⁊
vide circa hoc tex.in l.penales.§.fi.⁊ ibi gl.⁊ Bar.ff.ad l.Fal.
c ALEX. ¶Pauperibus cētum.Adde quod no.Bar.in l.abſenti.
in prin.ff.de do.per Bal.in l.nec ambigitur.j.de do.⁊ hoc idem no.
Jo.And.in ti.de inſtr.edi.§.compendioſe.alias §.nunc aliqua.ver.
ſed an pauperes,niſi conſuetudo eſſet in contrariū,quia valet.Ita
poteſt intelligi tex.⁊ ibi per doct.in c.ij.de conſue.per Jac.de Bel.
in l.iubemus nullā.ſ.eo. ¶Adde an valeat donatio facta paupe-
ribus,cū nullus ſit qui pro eis recipiat Bal.cōſi.ccclxxx.ij.lib.vnū
vide,ꝙ cōſuluit Ro.cōſ.ccxcv.ꝙ valeat donatio facta abſēti abſqꝫ
nuncio,vel epiſtola dūmodo donatarius aliqualiter certificetur.
d P.PAV.P. ¶Preſens.Illud limita procedere,quando aliquid
ponerent in eccleſia, quia ſi poſtea vellent aſportare, non poſſent.
vide Soc.in l.Paulus.ff.de except.Et ſic aliud eſt in promiſſione,
aliud in traditione.Itē circa iſtam gl.vide que dicit Alex.in conſi.
cxxxj.vol.iiij.de quodam partito in quadam vniuerſitate in fauore
cuiuſdam abſentis. quod non poteſt ſe fundare in eo. Item quod
iſta concluſio non procedat in dote,vide Decium conſi.xxxv.
e POMA. ¶Seu pollicitationis. Limita vt per Alex.in l.ij.in ver.
item no.j.de pac.vide etiam Pan.cōſ.lxiij.vol.ij.⁊ aliquid per Fel.
in proe.Decre.Ro.conſi.clxxj.⁊ conſi.cxcix.in fi.⁊ conſ.cxcv.⁊ in ſi-
mili,⁊ Seue.in trac.de pac.v.q.⁊ Pau.de Caſt.conſi.lxxiij.

LEX XVII.

2 ☞Actio in factum eſt ſubſidiaria,⁊ introducta in varijs iuris ar-
ticulis,⁊ qui dicantur iſti varij articuli iuris.nu.16.



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

4 Res ſacra vendicatur.
5 Res ſacre alienantur propter caſum captiuitatis, niſi ſpecialiter
eſſet a concedente prohibitum. nu. 6.
7 Epiſc. poteſt vendicare res eccleſiarum ſibi ſubiectarum. ⁊ nu. 8.
11 Epiſcopus agens pro rebus eccleſie ſibi ſubiectis, debet agere
nomine ipſius eccleſie.
13 Contra economum, qui alienauit res eccleſie, agitur, non contra
eccleſiam.
14 Actiones plures competunt pro recuperatione rerum eccleſie.
15 Libellus alternatiuus admittitur, quando ignoratur, an res ſit
mutata, vel conſumpta, vel extet.
17 Res ſacre vendi poſſunt pro alimentis pauperum.
18 Lex communis extenditur ad lites pendentes, ſtatuta ⁊ reforma-
tiones non, etiam ſi expreſſe dicatur. nu. 19.

**SAncimus nemini.** In prima par-
te prohibet a-
lienationem. Secundo conceditur vẽditio in rebus ex-
tantibus. Tertio remouet exceptionem. Quarto con-
cedit actionem re perempta. Quinto ponit exceptionem a primo
dicto. Sexto ⁊ vltimo declarat ad quas cauſas porrigitur preſens
conſtitutio. Secunda ibi, ſed ab his. Tertia ibi, nulla eis. Quarta
ibi, ſin autẽ. Quinta ibi, excepta. Sexta ibi, hoc obtinet. Breuiter
1 h. d. ¶ † Vaſa ſacra, ⁊ veſtes ſacre non poſſunt alienari, vel pigno-
rari, preterquã pro redẽptione captiuorũ, ⁊ a recipiẽte vendicatur
omni exceptione remota. h. d. ¶ No. quod iſta talia ſic alienari nõ
2 poſſunt. ¶ † No. ſecũdo ꝙ actio in factũ eſt ſubſidiaria, ⁊ introdu-
3 cta varijs iuris articulis. ¶ No. tertio, animas hominũ † quibuſ-
libet rebus preferri. ¶ Opp. dicitur hic, ꝙ pro rebus ſacris cõpe-
tit in rem actio. Contra, rei vendicatio datur domino, ⁊ eſt in rem
actio, vt l. in rem actio. ff. de rei vendi. ſed res ſacra in nullius bonis
4 eſt, vt l. ij. ff. de re. diui. ergo ⁊c. Sol. Dicas † quod res ſacra vẽdica-
tur adiecta cauſa de iure canonico. Simile dicimus in l. j. §. per
hanc. ff. de rei vendi. ¶ Opp. ſecũdo in aut. de alie. ⁊ emphy. §. ſan-
5 ctiſſimas. Sol. Dico, ꝙ poſſunt alienari † propter caſum captiuita-
6 tis. Fallit ſi ſpecialiter eſſet † prohibitũ a cõcedente vt in cõtrario.
a **Venio.** ¶ Ad queſtiões, dicitur, quod Epiſcopus poteſt
vẽdicare [a] res iſtas. Quero cuius eccleſie ſunt iſte
res, que poſſunt ab epiſcopo vendicari. Dicunt quidã quod erãt
7 res eccleſie epiſcopatus, hoc eſt verũ. † Vel melius etiã ſi erant res
eccleſie cuiuſcunqꝫ ſibi ſubiecte, ipſe habet vẽdicare pro illa eccle-
ſia, ar. de alie. ⁊ emphy. §. ⁊ quoniam cognouimus, ⁊ vide gl. ⁊ nota
8 eam rogo te. † Et ſic Epiſcopus poteſt agere pro rebus eccleſiarũ
ſibi ſubiectarum. ¶ Idem dicendũ eſt de abbate maiore, qui po-
9 teſt agere pro † rebus aliarum capellarũ. ¶ Tamen eſt aduerten-
10 dum, quod ſi cõcurreret rector illius † eccleſie, ⁊ ſuperior, preferre-
tur ille rector, cuius principaliter intereſt. arg. l. ij. §. fin. cum l. ſeq. ff.
ad le. Iul. de adult. ¶ Item eſt aduertẽdum, quod iſte Epiſcopus
cũ agit pro predicta capel. quod debet agere nomine illius capelle
11 † non ſuo nomine, ſicut dicimus in cõiuncta perſona, que agit pro
coniũcta perſona, arg. l. ſed ⁊ he, circa princ. ff. de proc. ¶ Sic etiã
12 quilibet † ſuperior poteſt agere pro rebus ſubditorum, tene mẽti.
¶ Secũdo quero, dicitur hic, quod nullam habet actionẽ contra
13 eccleſiam, quero nunquid † contra economũ poſſit habere actionẽ
Gloſſ. dicit quod intellige vt dixi. s. cod. auth. qui res iam dictas.
¶ Tertio quero, dicitur hic, quod competunt plures actiones in
rem, condictio ex lege, ⁊ in factum actio, quero in quibus caſibus?
14 † Gl. hic, reſpondet ſolenniter, quod in diuerſis caſibus competit.
Nam actio in rem competit, ſi res extat: condictio ex l. iſta, vel ſine
cauſa, quãdo ſunt conflata vel mutata, actio in factum, quãdo res
omnino eſt extincta, ⁊ vide iſtas gloſſ. ¶ Iuxta hoc quero, quid ſi
b actor ignoret [b] an res ſit mutata, vel cõſumpta, vel extet? Reſpon-
15 deo, tunc admittitur libellus alternatiuus, quia peto † eum con-
demnari ad rem vel ad eius materiã, ſi extet, vel ad eſtimationem.
arg. l. ij. §. quia autem. ff. quo. le. ¶ Quero dicitur hic quod actio in
factũ eſt introducta in varijs iuris articulis, qui ſunt iſti varij arti-
16 culi. † Gl. hic enumerat, ⁊ bene. ⁊ tractat de hoc ff. de preſcrip. ver.
ſuper rub. Nos dicimus in l. ex placito. j. de rer. permu. Et dicitur
c hic, quod pro redemptione captiuorum [c] poſſunt vendi res ſacre.
17 Nunquid pro alimentis † pauperum poſſint vendi res ſacre? Gl.
determinat quod ſic, ⁊ bene. arg. l. illud. s. eo. tene mẽti eam. Venio
ad finem legis, dicitur, quod hec lex extenditur ad lites pendẽtes.
Contra in auth. vt cum de app. cog. in princ. Glo. reſpondet quod
non extenditur ad lites pendẽtes per appellationem, ſed ad lites
principales ſic, ⁊ ideo eſt, quia ſic eſt hic expreſſum, alias lex non
extenditur ad preterita, vt l. cum lex. ff. de leg. ⁊ j. eo. tit. l. leges. Ad-
18 uerte, quia dico † quod licet lex imperialis ⁊ communis poſſit ad
19 pendentes lites extendi, † tamen ſtatuta, ⁊ reformationes ciuita-
tum non poſſunt extendi ad lites pendentes, etiam ſi hoc expreſſe
dicatur, Tex. eſt in auth. in medio litis non ſie. ſacr. iuſſio. in princi.
Et hoc ego pono in Lommes populi, quod tene menti, ⁊c.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Epiſcopus poteſt vendicare. Adde Bart. in l. j. §. ſi. in
ſi. ff. de ope. no. nun.
b ALEX. ¶ Ignoret. Adde Bart. in l. ſi quando. j. vnde vi. ⁊ Bal.
hic, ⁊ in l. quod indebitum. ff. de condi. inde.
c ALEX. ¶ Captiuorum. Adde ſimilem ⁊ optimam gloſ. in l. que
propter neceſſitatem. ff. de reg. iur. ſed nũquid vendicet ſibi locum
lex iſta etiam in captiuis, vel carceratis pro maleficio, vide quod
not. Bald. ⁊ Imo. ⁊ Moder. in l. quamuis, ⁊ in l. ſequen. ff. ſol. mat.
⁊ eſt de hoc gloſ. in c. ſacrorum. xij. q. que hoc not. decidit, quam ſe-
quitur Bald. in l. illud. in prin. l. eo. ⁊ in d. l. quamuis.

AVTHENT.

2 ☞ Eſtimatio vaſis ſacri fit reſpectu materie, ⁊ forme, non quali-
tatis ſacre.
1 **PReterea.** † Quero vtrum vaſe ſacro conflato
remaneat ibi aliquid ſacri? Gloſ. vi-
detur determinare quod non, ⁊ bene. ¶ Secundo que-
ro quomodo poterit vendi, cum eſtimationem non reci-
piat, vt ff. de re. diui. l. in tantum. §. ſacre. Dicit gloſſ. fiet eſtimatio
2 † prout poterit fieri reſpectu materie, ⁊ forme non reſpectu illius
qualitatis, quia ſacra, ⁊c.

LEX XVIII.

1 ☞ Falcidia non detrahitur ex legato facto eccleſie.
a **SAncimus res.** [a] Glo. premittit ad eui-
dentiam quedã per que
faciliter hec lex intelligitur ⁊ breuiter dicit, Eccleſia ha-
bet immunitatẽ a lucratiuorum inſcriptione hoc dicit.
Sicut videtis hic ab eccleſia curata, nõ detrahi ſuam portionem,
ita hodie eſt generale ſtatutum, quod ab eccleſia non detrahitur
2 Falcidia, † vt j. ad legem Falcid. authen. ſimiliter, ⁊c.

ADDITIO.

a AND. BARB. ¶ Sancimus. Vide domi. Anto. in c. non mi-
nus. de iureiuran. ⁊ quod dicit per iſtum tex.

LEX XIX.

1 ☞ Preſcriptio contra eccleſiam, ⁊ ciuitatem in quatuor caſibus
non currit, niſi centum annorum.
4 Actio in rem, competit Eccleſie pro rebus inuaſis, ⁊ venditis.
5 Dominum in eccleſiam abſque traditione tranſit.
7 Ius diuinum duobus modis ſoluitur.
11 Imperator poteſt donare in immenſum.
12 Rebus eccleſie ciuitatis, vel fiſcalibus quanto tempore preſcri-
batur, remiſſiue.
13 Seruus principis quanto tempore preſcribatur.
14 Vie publice, ⁊ platee nullo tempore preſcribuntur.
15 Actio perſonalis, ⁊ hypothecaria cum rei vendicatione, concur-
runt fauore eccleſie.
18 Eccleſia, ⁊ ciuitas ſunt priuilegiate in preſcriptione, ⁊ acquiſitio-
ne dominij, ⁊ in actione in rem per hanc legem.
20 Statutum quod non liceat alicui forenſi vendere valet.
21 Diſpoſitio huius l. an habeat locum contra tertios poſſeſſores.
22 Eccleſia, ⁊ ciuitas ſi emit, pretio non ſoluto, habet dominium.
24 Res ſi vendatur duabus eccleſijs prima prefertur, licet ſecunde
fuerit res tradita.

a **VT inter diuinum** [a] Primo ponit ſta-
tutum, in quo con-
cedit priuilegium circa preſcriptionem. Secundo illud
recapitulat, ⁊ declarat. Tertio, concedit priuilegiũ circa
actione. Quarto declarat ad quos caſus hec lex porrigatur. Se-
cunda ibi, ſine itaqꝫ. Tertia ibi, in his autẽ. Quarta ibi, hec autem
b omnia. Breuiter hoc intendit, Eccleſia, ⁊ ciuitas [b] in reb. relictis
iure hereditario legatis, donatis, ⁊ vẽditis habet priuilegiũ circa
preſcriptionẽ, ⁊ in dominij acquiſitione habet perſonalẽ hypothe-
1 cariã, ⁊ in rem actionẽ. h. d. hec lex. ¶ † Not. quod in quatuor caſi-
bus contra eccleſiam, ⁊ ciuitatẽ non currit preſcriptio niſi centum
2 annorum. ¶ † Secũdo no. quod eccleſia, ⁊ ciuitas equiparantur [c].
c Item no. quod centũ anni ſunt longiſſimũ vite † tẽpus [d]. ¶ Item
3 not. quod pro rebus inuaſis, ⁊ venditis [e] competit eccleſie † actio
d in rem, ⁊ ſic habet † dominium abſqꝫ traditione, quod eſt mirabil.
4 ¶ Item not. in ſi. quod infinitas † eſt euitanda. Vidiſtis de hoc in
e l. j. j. de ſenten. que pro eo quod intereſt. ¶ Venio ad apparatum [f].
5 Et breuiter opp. quod ius diuinũ dicitur, quod eſt factum a Deo,
6 vt Euangelia, ⁊ ſimilia, vt s. de ſumma trinitate l. j. ſed hic aliter ac-
f cipitur, quare male glo. ſoluit. Dico † quod ius diuinum aſſumitur
7 duobus modis. Vno modo ab authore, vt in contrario. Alio mo-
do ab effectu ſeu materia, ſuper qua fit diſpoſitio, ita loquitur hic.
¶ Secundo opp. quod ius publicũ dicatur illud, quod cõſiſtit in
ſacris, ⁊ ſacerdotibus, vt l. j. §. publicũ ius. ff. de iuſt. ⁊ iure? Reſpõ-
8 deo, † quod ius publicum poteſt accipi multis modis. Vno modo
illud quod ſuam vtilitate affert omnibus in publico. Ita loquitur
contrarium

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

cõtrarium. Alio modo accipitur publicum ſcilicet Imperij. Alio
modo publicum, ſcꝫ ciuitatis Romane, vt l. eum qui. in gl. de ver⸗
g bo. ſignifi. Alio modo publicum cuiuſlibet ciuitatis, ⁊ municipij,[g]
vt ff. de publ. l. ſed ⁊ hi. §. j. ⁊ ita ſumitur hic. ¶ Et ideo puto, quod
9 lex iſta habeat locum † pro reb. alicuius caſtri, in quatuor caſib.[h]
h hic poſitis. ¶ Item oppo. dicitur hic, quod infinitas eſt euitan⸗
i da.[i] Contra in auth. de non alie. §. ſi minus. Sol. hic † ponitur infini
10 tas propria que eſt euitanda, ibi vero infinitas ſumitur pro qua⸗
dam immenſitate, que tamen reducitur ad terminũ ⁊ menſuram
11 ſecundũ qualitatem perſone donantis, tamen ibi dicitur † qđ Im⸗
perator poteſt in immenſum donare. ¶ Secundo opp. ad idẽ ff.
de in litem iurã. l. videamus. §. iurare. Solutio, licet ibi pars iuret
in infinitum, tamen reducitur ad finitatem, ⁊ ad terminũ pretaxa⸗
tionis iudicis. ¶ Tertio oppo. de l. ſi ita ſtipulatus fuero a Seio.
de fideiuſſori. Solutio. Ibi verba ſtipulationis ſapiebant infinita
tem, tñ reducuntur ad finitatem, ⁊ menſurã. De hoc an infinitas
euitetur, Cy. recitat in l. j. de ſenten. que pro eo qđ intereſt. Ego po
no in l. ſi finita. circa princ. alias. ⁊ l. qui bona §. fi. de damno infect.
¶ Quarto oppo. dicitur hic quod habet locũ preſcriptio cẽtum
annorum in reb. eccleſie, ⁊ ciuitatis. Contra ff. de diuer. ⁊ temp. pre
ſcriptio. l. in omnib. Glo. dat hic multas ſolutiones, vna quod ibi
loquitur in reb. fiſcalib. hic in reb. ciuitatis. Alij dicunt qđ illa cor
rigitur per iſtam, q: in alijs caſib. loquitur. Alij dicunt qđ hoc ha
bet locum in quatuor caſib. tantum, ⁊ habet locũ in reb. ciuitatis
alicuius. non in rebus fiſcalib. Quanto aũt tẽpore preſcribantur
12 res fiſcales. † glo. ⁊ doc. tractant. j. de quadri. preſcrip. l. j. ⁊ d. l. in om
nib. de diuer. ⁊ tempo. preſcrip. ⁊ ibi dixi. ¶ Oppo. de fun. reipubli⸗
ce. l. eum. vbi preſcribitur xxx. annis. Solutio. Ibi loquitur in ſer⸗
13 uo principis. † hic loquitur in re ciuitatis, hec eſt vera. ¶ Itẽ op⸗
po. de l. preſcriptio. j. de ope. pub. Solutio. Ibi loquitur in his re⸗
14 bus que ſunt in publico vſu, vt via †, ⁊ platea, que nullo tpe pre⸗
ſcribuntur. ¶ Venio ad finem legis, oppo. res ſua nemini eſt obli
k gata,[k] vt l. neqꝫ pignus de re. iur. Cũ igitur habeat actionẽ in rem
que competit domino, vt l. in rem. ff. de rei vẽ. ⁊ ſic eſt dominus, nõ
põt habere hypothecariam. ¶ Item eodem modo opp. perſona⸗
lis, ⁊ in rẽ non poſſunt competere pro eadem re, vt Inſti. de actio.
§. ſic itaqꝫ. quõ ergo conceduntur hic iſte due actiones? Sol. poſ⸗
15 ſumus † dicere quod hypothecaria competit in alijs reb. concedẽ⸗
l tis[l] vel relinquentis, non in ipſa re, cuius quis habet dominium.
Item perſonalis competit, quando quis noluit eligere actionẽ in
rem, vt no. Inſt. de leg. §. ſed noſtra. Vel dic melius, quod hic com⸗
16 petit dominium de iure ſpeciali, ⁊ ideo non † excludit beneficiũ iu⸗
ris cõmunis, vt l. in bello. §. ſi quis ſeruũ. ff. de cap. ⁊ poſt. re. ⁊ ideo
cõpetit etiam in ipſa re hypothecaria, ⁊ perſonalis, quando cũ rei
vendicatione cõcurrunt. Iſta fuit opi. do. Alber. de Sali. quã po⸗
nit Cy. in l. j. C. commu. de leg. ¶ Oppo. rei vendite nõ tradite, non
acquiritur dominiũ, vt l. ſi ager. ff. de rei ven. ⁊ l. traditionibus. j. de
pac. ergo actio in rem nõ poteſt competere. Huius timore dicunt
quidam, quod hic dicitur de actione in rem, referatur tantum ad
res legatas, ⁊ ita tenebat Azo, que opin. non eſt vera, per text. qui
* dicit, in omnibus ⁊c. j.* in omnibus ſupradictis. Dicẽdum eſt er⸗
m go, quod ſpeciale eſt[m] † in eccleſia[n] * ⁊ ciuitate, quod † ex ſolo con⸗
n tractu, ⁊ ſine traditione transferatur dominium, ⁊ per conſequens
* cõpetit actio in rem. ¶ † Et ſic ſunt priuilegiate ciuitates, ⁊ eccle⸗
17 ſie per hanc l. in tribus, ſcilicet in preſcriptione, ⁊ acquiſitione do⸗
18 minij, ex dictis cauſis, ⁊ in actione in rem. Vide gl. ⁊ no. eam, ⁊ vide
o quod in iſtis quatuor caſibus acquiritur dominiũ ſine traditione[o].
¶ Ex hoc concludo, ſtatutum eſt in ciuitate iſta, quod venditio,
vel alienatio non poteſt fieri eccleſijs, ⁊ perſonis, nõ ſubiectis, va⸗
p let ne iſtud ſtatutum? Reſpondeo[p], non, quia eſt cõtra libertatem
19 Eccleſie. Probo † quia illud eſt cõtra libertatem eccleſie, quod eſt
contra priuilegia conceſſa eccleſijs, vt in aut. caſſa. ſ. eo. ſed hoc eſt
conceſſum eccleſijs, vt poſſint emere, ⁊ ex ſola emptione etiam ſine
traditione dominiũ acquirant, vt patet hic. Ita determinauit do.
Oldr. in publica diſputatione, quod no. ⁊ tene menti. Statutũ au⸗
20 tem † quod non liceret alicui forenſi vendere, iſtud bene valeret.
Caſus eſt infra, non licere metropo. l. j. lib. xj. ¶ Venio ad pen. glo.
que eſt hic, que ponit aliquas queſtiones bonas, dicitur hic quod
iſta lex habet locum cõtra principales, ⁊ eius fideiuſſores, vel ſuc⸗
21 ceſſores, quero ſi agatur contra alios. † Gl. dicit, quod tunc repel⸗
letur Eccleſia preſcriptione minori. Et vide gloſ. ſuper verbo, mo⸗
ueatur, que multum facit. Quero quid vult dicere hec gl. Reſpon⸗
deo: quia vos ſcitis quod petitio hereditatis non datur contra ti⸗
tulo poſſidentẽ, vt l. regulariter. de peti. hered. ⁊ ideo eo ipſo quod
haberet aliquis bona hereditaria aliquo titulo, repelleret eccleſiã
agentem illa actione. ſed alie actiones, de quibus hic loquitur, ſci⸗
licet actio in rem, datur contra quemlibet poſſidentem, ⁊ ideo ille
poſſidens eſt principalis ipſe. Idem in hypothecaria in rem, vt l.
de eo. in fi. ff. ad exhib. vnde ſemper habet locũ preſcriptio, de qua
loquitur hec lex. ¶ Quero, quid ſi eccleſia emit, ⁊ pretium nõ ſol⸗
q uit,[q] an habeat dominium. Gl. quod ſic, † quia hic debet intelligi,
22 quod in eo caſu eccleſia ⁊ ciuitas habent dominium ſine traditio⸗
ne, quo caſu, priuatus haberet traditione facta. Et vide gloſſ. que
23 hoc dicit, ⁊ bene. ¶ Querit glo. † vtrum poſſeſſio transferatur ſine
r traditione[r]. Gloſſ. dicit quod non. vt l. denique. ff. ex qui. cau. ma.
quod not. ⁊ illis caſibus, in quibus dixit lex transferri dominium
poſſe ipſo iure non tamen transfertur poſſeſſio. Idem not. in l. cum
duobus. §. idem reſpõdit. ff. pro ſoc. ⁊ de publ. l. commiſſa. ¶ Que⸗
ro; quid ſi vni eccleſie rem vendidit, ⁊ pretium ſoluit eccleſia, rem
tamen venditor eccleſie non tradidit, ⁊ poſtea vendidit ⁊ tradidit
alij eccleſie, que eccleſia erit potior. Videtur quod ſecũda, cui erat
24 facta traditio, vt l. quoties. j. de rei vendi. † Cõtrarium eſt veritas,
quia potior eſt prior propter dominium iam tranſlatum, quod eſt
s ſine traditiõe queſitũ. Iſta lex corrigitur per aut. quas actiones[s].

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Ut inter diuinum. Quero hic in tex. Codicis mei, qui
habet multa, ⁊ adde hic quod dicit Ful. ⁊ Bald. per glo. paruam
hic, quod ſingularis ſucceſſor preſcribit contra ciuitatem ſpatio
x. vel xx. anno. etiam in quatuor caſib. huius l. quia hec l. loquitur
in ſucceſſore cum vitio non in ſucceſſore ſingulari, quod bene not.
ſecundum eos. Sed Bart. illam gl. aliter intelligit. j. ad fi. huius l.
Item limita in preſcript. huius l. tam in eccleſia, quam in ciuitate
in re que eſt pleni dominij, ſecus ſi quaſi dominij ſecundum Bald.
⁊ Ang. in l. ij. in fi. j. ne rei domini. vel templo. quod bene not. Item
fallit in actionib. perſonalib. que preſcribuntur ſpacio dato a iure
ciuili. Item in actionib. que clauduntur ſemeſtri tẽpore, vt redhi⸗
bitoria, ⁊ quanto minoris. Iſta eſt gl. ⁊ ibi Abb. in c. cum cauſa. de
empt. ⁊ vendi. Ex oppoſito. Sed quid in vſucap. triennali in rebus
mobilibus? an ſit aliquid mutatũ in eccleſia quo ad bona mobilia
eccleſie vſucapienda? vide Bar. hic in princ. per Ioan. And. in c. j.
de in integ. reſti. in nouel. tetigit Bal. in l. ij. C. ne rei domi. vel temp.
⁊ Ang. in l. j. de anna. exceptio. Item quid in rebus clericorum, an
in preſcriptione gaudeant priuilegio eccleſie. do. Ant. in c. ſi dili⸗
genti. de preſcriptio. concludit quod ſic, allegat duas gl. in c. quan⸗
quam. de cenſibus. in vj. ⁊ xvj. q. j. in c. poſſeſſiones.

b P. PAV. P. ¶ Ciuitas. Et quod iſta diſpoſitio procedat etiam in
villis, ⁊ caſtris, vide Comen. conſil. clviij. vbi loquitur de quadã ci⸗
uitate. Vide etiã in l. Reſpublica. C. ex quib. cauſis ma. vide Alex.
late in l. ſi finita. §. ſi de vectiga. ff. de dam. infec. Item an diſpoſitio
huius l. habeat locum in fideicõmiſſo vniuerſali, quia loquitur in
legatis, ⁊ in hereditate, vide Alex. conſi. cxcix. ad finem, ⁊ conſi. cc⸗
xxiij. poſt prin. ⁊ conſi. cccxc. ad fi. Pau. de Caſt. conſil. cxxxiij. ad fi.
Alex. ⁊ Mod. in l. j. §. ⁊ quoties. ff. ad Treb. Item an habeat locũ
in alia pia cauſa preter eccleſiam, vide in apoſt. prope finẽ huius l.

c ALEX. ¶ Equiparantur. Hoc voluit Bal. procedere non ſolum
in caſu iſto, ſed etiam in alijs, vt ipſe no. in l. fructus. ff. ſolu. matri. ⁊
Imo. ibi ſentit contrarium. Et an quod hic dicitur in ciuitate, ha⸗
beat locum in caſtro ſiue villa, gloſſ. ⁊ Bart. tenuerunt quod non
in l. ſi finita. §. ſi de vectigalibus. ff. de dam. infect. vbi vide que ſcri⸗
pſi, vbi plene poſt doc. examinaui concludens quod ſic. ¶ Adde
quod Pau. de Caſt. hic dicit, quod dominium etiam hodie tranſit
in ciuitatem abſque traditione.

d POMA. ¶ Tempus. Vide autem an hoc locum haberet in re⸗
bus permutatis Nicol. de Nea. in l. fi. j. de predi. cur. lib. x.

e POMA. ¶ Venditis. Vide aliter per Alex. conſi. j. vol. v. Barb.
conſi. xliij. vol. j.

f ALEX. ¶ Venio ad apparatum. Et ſic eccleſia habet dominium
abſque traditione quod eſt mirabile. Et ſic iſtum caſum adde alijs
no. in l. pen. j. ad Treb. vbi transfertur ipſo iure ſine traditione do⸗
minium. Et adde quod licet ex tit. donationis transferatur domi⸗
nium in eccleſiam ſine traditione, non tamen transfertur poſſeſſio,
vt no. gl. in c. ij. in gl. fi. ad fi. de conſue. ⁊ quod not. in l. cum heredes.
de acqui. poſ. ⁊ quod habetur j. tit. j. l. raptores. Fallit niſi conſue⸗
tudo hoc induceret. c. ij. ⁊ ibi doc. de conſue. licet Arch. vt referunt
ibi doctores tenuerit quod etiam ſine conſuetudine ex ſolo tit. do⸗
nationis in eccleſiam transferatur dominium ⁊ poſſeſſio per d. c. ij.
⁊ male, hoc tamen fallit in caſu l. ſi adoptauero. cum ibi not. ff. de
prec. dixit tamen Ioan. And. in d. c. ij. quem ſequitur do. Ant. ⁊ do.
Flora. quod licet in eccleſia ex ſolo tit. donationis trãſferatur do⸗
minium, non tamen transfertur Publiciana, quia hoc non eſt iure
cautum, ⁊ ſumus in exorbitantibus Spec. in ti. de emphyt. §. nunc
aliqua. verſ. lix. facit quod habetur in regula, cui licet de re. iur. li. vj.
⁊ Imo. ibi dicit, hoc verum, ſi dominus non habet Publicianam:
quia poſſidebat ſine titulo, ⁊ bona fide. Nam oportet quod tunc
eccleſia acquirat Publicianam ex traditione ſibi facta cum tit. l. j.
ff. de pub. ⁊ quod habetur in c. Abbate ſane. de re iud. in vj. ſecus ſi
donans habuiſſet Publicianã, vt quia poſſidebat cum tit. ⁊ bona
fide, quia tũc ex ſolo cõtractu tranſibit Publiciana in eccleſiã per
regulam l. clamibus. de cõtrahen. emp. ⁊ q: iſtud videmus in lega⸗
to. l. j. ⁊ ij. l. cum ſponſus. §. j. ⁊ ibi per Bar. de public. ſecundũ Imo.

Et certe credo iſtam eſſe veriorē,⁊ quando transferatur dominiū ſine traditione,vide quod no.Bar.in aut.ingreſſi.ꝰ.eo.⁊ vide bar. hic in fi.Et ad id ꝙ ꝰ.dixi,ꝙ in eccleſiam transfertur dominiū ſine traditione,non tñ Publiciana,tenet Bal.in l.quoties.de rei vēd. Et an priuilegium iſtius legis ꝙ tranſeat dominium in eccleſiam ſine traditione habeat locū in vna eccleſia magis quam in alia eccleſia dixi poſt Bal.in l.quoties.de rei vendic. ¶ Adde ꝙ ex donatione transferatur dominium in eccleſia ſine traditione. Oldr. conſi.cclxxix.

g ALEX. ¶ Ciuitatis,⁊ municipij. Facit ad predictam l.Stichū. cum l.ſeq.quibus ex cau.ma.⁊ Bal.hic quem vide.

h POMA. ¶ Caſib.Uide in ſimili Alex.conſi.j.vo.iiij.⁊ vide etiam ad hanc l.Alex.conſi.xxiiij.vo.v.vbi dicit quod contra Imperatorem etiam preſcriptio centenaria requiritur.

i ALEX. ¶ Infinitas eſt euitanda.Cōtrariū tꝫ Bart.in l.ſi finita. §.ſi de vectigalibus,circa princ.ff.de dam.infe.⁊ ꝙ not.in §.ex hoc edicto.in eadē lege.P.PAV.P. ¶ De materia infinitatis vide latiſſime Alex.poſt.Bar.in l.qui bona.§.fi.ff.de dā.infec.Fel.in c.lꝫ. el.vlti.extra de teſt.declara tamē niſi eſſent illa verba,toties ⁊ quoties,⁊c.Alex.conſi.cxlv.in ij.vo.ſed Iaſ.hic dum loquitur de prorogationib.cōpromiſſorum vult contrarium.Uide Bertac.in verbo,compromiſſum.

k ALEX. ¶ Eſt obligata.Adde Bar.in l.j.cōmu.de leg.ſꝫ Bart. tenet contrariū in l.j.in fi.ff.de leg.j.vcꝫ,ꝙ concurrat actio in rem cum hypothecaria pro eadem re,vide in l.in reb.⁊ ibi per Bal.⁊ in l.j.ver.contra hoc ȷ.de iure dot.⁊ qđ ibi etiam Bal.not.

l ALEX. ¶ Rebus concedētis.Et cōtra videtur Bar.in l.j.C.cōmu.de leg.⁊ ibidē Bal.ꝙ pro re legata,non cōpetat hypothecaria Bar.aūt in l.j.in fi.ff.de leg.j.dicit idē ꝙ hic,⁊ ibi Pau.de caſ. idē.Ad l.neqꝫ pignus.reſpondit Bal.⁊ fuit reſponſio Alberic.de Salinis ſm eum.Et an iſtud ſit verum veniet dicendū,⁊ an poſſit agi hypothecaria pro iſta re in qua habet dñium cōtra poſſidentem,⁊ dicas ꝙ ſic,qꝛ dato qđ dominium ſit legatarij,non tñ poſſeſſio,vt patet rñſiō notabilis per gl.in l.cum duob.§.idē reſpon.l.ij. ff.pro ſoc.⁊ hic,vñ nihil repugnat,ꝙ poſſeſſio ipſo iure poſſit etiā hypothecari,non tamen proprietas rei, tanquam legatarij.Et ſi quis dubitat an poſſeſſio poſſit hypothecari,vide Bar.in l.elegā ter.in ver.Sed contra hoc.ff.de pig.actio.Pro hoc facit,qꝛ videmus quod res poteſt locari tam reſpectu poſſeſſionis quam proprietatis.Quero,vtrū pro liberatiōe legata cōpetat hypothecaria actio,⁊ an poſſet agi hypothecaria, puta dico mihi aſſignari aliquā rem in cauſa pignoris,vel hypothece, donec fuero liberatus per hypothecam.Imo.in l.j.de leg.j.allegat vnam glo.in l.j.C. cōmunia de leg.Addo aliam in §.noſtra.inſti.de leg.⁊ aliam in l.ij. C.communia de leg.que allegat l.j.§.ſi debitori.ff.vt in poſ.leg.vbi quemadmodum pignus pretorium nō poteſt adaptari,ita nec ciuile, ſcilicet hypothecaria.Cyn.⁊ Bald.in l.j.communia de leg.reprehendunt illam gloſſ.⁊ hoc propter generalitatem illius l.⁊ §.ſi debitori,non probat illud ad quod allegatur.Pro gl.facit alia ratio quam adduco in l.j.C.commu.de lega.quod ratio poteſt eſſe, quia per illam legem fuit inducta hypothecaria, quia plerunque teſtatores,vt ſue voluntates habeant effectum, adijciunt obligationem ſuper omnibus bonis.Unde attenta dicta conſideratione dicti teſtatoris.l.j.ita prouidet,que conſideratio poteſt ita cadere in legato libertatis,ergo,⁊c. Imo.in d.l.j.ff.de leg.j.putat verā eſſe opi.d.gl.quia probatur optime in d.§.ſi debitori, quia ſi nō poteſt ibi cadere pignus pretorium, quia lex arctat talem debitorem ad preſentandum fideiuſſorem de implendo legato relicto pro liberatione,⁊ ſicut ibi non arctat,ita nec in caſu noſtro debet arctare, vt poſſit admiſſionem in poſſeſſionē procedi. Mihi in puncto iuris placet opi.Bal.⁊ Cy.in d.l.j. Reſtat ſolum reſpōdere ad §.ſi debitori.qꝛ videtur ꝙ ibi ſit alia ratio,quā in caſu noſtro.Nam grauior quidē eſt preſtatio fideiuſſoris,quā ſit ſola hypothecatio particularis.in l.filio.in ver.mediocri.vt leg.no.caue.ideo nō ſequitꝰ ibi tex. voluit grauare heredē ad preſtationē fideiuſſoris:ergo eadē ratione nec ad hypothecā,qꝛ eſt falſum,qꝛ non eſt vnde grauamen fiat.

* CLAV. DE SEISS. ¶ Dicendū. Aduerte ꝙ nedū ex vero titulo transfertur dominium in eccleſiam, ſed etiam ex ficto, ⁊ preſumpto, ſecundum Bar.in l.ſi rem aliquam.ff.de acqui.poſſ. ⁊ ibi Alex.poſt alios, ⁊ Bar.in l.cum falſa.ȷ.de iur.⁊ fact.ignor.⁊ Bal. in l.ad probationem,C.locat.

m POMA. ¶ Speciale eſt. Et eſt idem iuribus incorporalibus,vt per Old.conſi.xiij.in ij.q.⁊ ad hoc vide Alex.conſi.j.c.ij.vol.v.vide etiam Panor.in c.cum tu.de conſtit.in princ. P. PAV. P. Secus tamen eſt in principe,quia in commune non transfertur dominium ſine traditione.Bald.in c.j.quid ſit inueſt.Sed ibi loquitur in poſſeſſione,que non transfertur in principem. Secus ergo vult eſſe in domino,vide per eum. Quid autem in conſtitutione principis,an per eum transferatur dominium in alium ſine traditione,vide in l. Ceſar.ff.de public.ad Bart.Item limita iſtam regulam procedere in contractu,ſed ſecus eſſe in voto, vt ſi quis dedicet ſe ⁊ ſua eccleſie, vide Bar.in aut.ingreſſi.ꝰ.eo.⁊ ibi Mod.Item limita iſtam regulam vt dominiū transferatur ſine traditione in eccleſiā, vt per Alex.in l.j.§.per procuratorem.ff.de acquir.poſ. Item an transferatur quaſi dominium ⁊ poſſeſſio,vide practi.Papien.in forma libelli in actione reali.in verbo,iure dominij. Item quod iſta lex loquens de vēditione habeat locum in permutatione, vide Alex.in conſi.dcj.vide Mod.in §.ſed iſte.Inſtit.de actio. Quid autē ſi aliquis recognoſceret rem ab eccleſia, an transferatur in eam dominium,vide do.Franciſ.conſil.xiiij. Et intellige an transferatur ſine traditione ipſo iure,vide que habes in l.item ſi alienā.ff.de acquir. poſſ.ad Bar.Item an per ſolam confeſſionem transferatur dominium in eccleſiā,vide que ſcripſi ȷ.de iur.⁊ fac.ignor.Itē an iſta lex habeat locū in alia pia cauſa,puta ſi inſtituātur pauperes Chriſti, ⁊ dentur executores,vide Bar.in xiij.diſputa.inci.filium adultum. Item iſtud priuilegium non haberet locum in clericis acquirentibus ſibi,non eccleſie.vide Ang.conſi.xlviij.inci.quidā Franciſcus. Item quod in caſu illius legis dicatur habere fortius ius ex contractu,quam vbi requiritur traditio.vide Aret.in l.Pomponius. §.queſitum.in j.no.ff.de acqui.poſſ.Item circa iſtam legē.que ſolet allegari.quod quilibet preſumitur viuere vſqꝫ ad centum annos, adde quod ad tollēdum hanc preſumptionem ſufficit vnus teſtis de viſu,vide Bald.in c.j.ad fin.qui feu.dar.poſ.vide ad Bart.in l. ij.§.ſi dubitetur.ff.quib.mod.teſta.aper.

n ALEX. ¶ Speciale eſt in eccleſia. An autem ex contractu procuratoris eccleſie non interueniente traditione acquiratur dominium eccleſie, Angel.quod non in l.j.§.per procuratorem.ff.de acquiren.poſſeſ.Sed Alex.ibi contrarium tenet.

o ALEX. ¶ Sine traditione. Sed nūquid eodē modo acquiratur quaſi dñium,⁊ ſic publiciana.Dic vt in prin.huius l.poſt Bar.

p ALEX. ¶ Reſpondeo,non.Statutū ꝙ alienatio non poſſit fieri de eccleſijs,vel perſonis non ſubiectis,non valet,⁊ vide Iac.But. in l.aſſiduis.ȷ.qui po.in pig.ha.⁊ in c.fi.de immu.eccl.in vj.⁊ ꝙ habetur per doc.in l.dudum.C.de contrahen.empt.⁊ oſtendit Ang. bene loquens in conſi.xlviij.inci.quidā Franc.per Bar.in l.filiusfa. §.diui.ff.de leg.j. In iſtis terminis dixi poſt Bar.in l.cunctos populos.in v.q.⁊ Bal.hic in contra.⁊ Bar.in d.l.dudum.per Ang.⁊ Imo.in d.§.diui.⁊ ibi vide quod late dixi poſt Bar.in verſi.querō ſi agitur contra alios,⁊c.Sed Bal.⁊ But.hic videntur indiſtincte tenere gl.⁊ dixi ꝰ.in princ.huius l.ſed opi.Bart.mihi placet plus, pro qua mihi videtur caſus recte intuenti, in auth.ibi poſita.vide ibi Bart.in princi, ¶ Adde vltra Ang.d.conſi.videndum.Bald. conſi.cxlviij.j.li.⁊ conſi.ccxlvj.eo.li.⁊ vide Paulum de Caſt.hic.

q ALEX. ¶ Non ſoluit.Adde Bald.hic,qui idem tenet in l.ſi ancillam.de actio.empti.

r ALEX. ¶ Sine traditione.Fallit ſi eſſet conſuetudo quod transferatur,vt no.in c.ij.⁊ ibi per Inn.de conſue. Itē fallit in caſu ſing. no.per Bart.in l.raptores.ȷ.tit.j.⁊ plenius de hoc xvj.q.j.moderamine,⁊ quod dixi ꝰ.in princi.huius legis,⁊ per Bald.in l.licet ȷ.de acquir.poſſeſ.⁊ in l.j.ad fin.ȷ.de rerum permut. Item fallit in caſu, de quo in l.ſi fundum quem.ff.de fun.do.⁊ ibi vide gloſſ.que ponit aliam fallen. ¶ Adde quod in eccleſiam tranſeat fideicom.⁊ poſſeſſio.etiam ſine verbo tradita,tenet Pau.de Caſt.conſi.cxxxiij.

s ¶ Quas actiones.Ad iſtā l.vide He.in c.Abbare ſane.de re iud. lib.vj.vide etiam ad iſtam leg.Fed.in conſil.cvj.ad fi.⁊ Ro.conſi.lx.

AVTHENT.

1 ☞ Eccleſia in preſcriptione non equiparatur minori.
2 Preſcriptio que nam obſtat eccleſie Roma.⁊ alijs eccleſijs.
3 Priuilegiatus quando vtatur priuilegio contra priuilegium.
5 Priuilegia in dubio dicuntur concesſa ad poſtulationem partis.
10 Priuilegium quod preſcriptio non currat niſi centum annorum, ſi habet clauſulam,non obſtante,valet ⁊ nume.11.
13 Eccleſia quando reſtituatur aduerſus preſcriptionem.
14 Eccleſia quando ſuccedit priuato, an in illis bonis habeat priuilegium huius autheuti.
15 Priuilegiatus in preſcriptione ſuccedens non priuilegiato,quando vtatur dicto priuilegio.

a QUas actiones.[a] Cū in lege C. ſit dictū ꝙ actiones cōpetentes eccleſie durarēt ſpatio centū annorū per iſtā aut.eſt reductum ad ſpatiū xl.annorū preſcriptio vero triū vel x.
b annorū in ſuo robore perſeueret ſed ſola romana eccleſia[b] gaudet ſpatio centū annorū. Opp.in aut.vt cum de appe. cog.§.ſi vero liberi,⁊ de ſanc.epiſc.§.pen.Sol. Dicit gl.fallit in illis duob.caſib.⁊ bene dicit gl.Ratio,quia cum ad illam hereditatē vocētur de iure ſpeciali contra ius commune eccleſie,merito ſibi breuius tempus ſtatuitur.¶ Secundo oppo.eccleſie equiparatur minorib.vt l.orphanotrophos.ȷ.tit.j.ſed contra minores non currūt preſcriptio-
1 nes † iſte,vt l.ſicut.ȷ.de preſcrip.xxx.anno.⁊ l.j.⁊ l.ij.⁊ vlt.in quibus cau.in integ.reſtit.non eſt neceſ.Solu.Alij minores ſunt in minori

etate

etate temporaliter, quia ſuperueniente maiore etate finitur minor
etas, ſed eccleſia habet loco minoris perpetuo, merito ne actiones
eccleſie extendantur ad infinitū, ſtatutū eſt hoc tēpus. Ita videtur
velle gl. in ſimili in l. niſi finita. ff. de tut. ⁊ ratio. diſtra. Ad quod fa-
cit ꝙ no. de re. in inte. c. auditis. ⁊ de preſcri. c. ſi diligenti. ¶ Ter-
tio opp. ad iſtum finem quod eccleſia Romana non gaudeat pre-
ſcriptione centū annorū, vt in aut. vnde hec cōſtitutio ſumitur per
2 totam auth. col. vj. † Huius timore glo. que eſt hic dicit quod hec
clauſula hic poſita fuit Guarnerij, nec eſt vera clauſula, q2 etiam
in eccleſia Romana currit preſcriptio xl. annorū, licet de iure ca-
nonico ſecus. ⁊ vide glo. vlt. Contrarium huius no. in rub. que hic
allegatur in gloſſ. ſ. in auth. hec conſtitutio innouat. Nam illa ru.
non facit mentionem de conſtitutione que precedit in vol. aut. ſci-
licet, vt Ro. eccleſia, ⁊c. ſed facit mentionem de conſtitutione iſta.
Illa ergo conſtitutio, vt eccleſia Romana, ⁊c. cum ſit ſpecialis, nō
tollitur per illum text. hec conſtitutio innouat, ⁊c. Et hanc opi. te-
nent oēs doct. noſtri. ⁊ canonizata eſt. Et ſecundū hoc habes tria
iura. Primo iſtud ius, ſecundū quod contra eccleſiā currebat cen-
tum annorū preſcriptio in quatuor caſibus hic poſitis, in alijs nul
lum habebat ius circa preſcriptionem ſecundum iūs auth. in illo
tit. vt eccl. Rom. ⁊c. coll. ij. ſecundum quod preſcriptionem centum
annorum ſtatuit contra eccleſiam Romanā in omni caſu, licet hic
loquatur in quatuor caſibus tantum. Tertium ius eſt in aut. hec
conſtitutio innouat conſtitu. ⁊c. colla. viij. ſecundum quod in omni
eccleſia, excepta Romana, ſtatuitur preſcriptio xl. annorum ⁊ ſic
iſta lex prout loquitur in eccleſia, corrigitur quo ad preſcriptionē.
¶ Uenio ad queſtiones in gl. magna, quero vtrum eccleſia contra
eccleſiam poſſit ſe tueri preſcriptione xl. annorum. Gl. dicit quod
ſic, allegat ff. ex quib. cau. ma. l. fin. licet quidam dicant contrarium.
Iſta queſtio reſidet in hoc vtrū priuilegiatus poſſit vti priuilegio
ſuo contra alium priuilegiatū. Circa quod Pet. vt Cyn. refert po-
nit vnam diſtinctionem ſatis longam. ¶ Tu breuiter aſſume in
c duob. verbis[c]. † Quandoqz queritur vtrū priuilegiatus poſſit vti
3 priuilegio cōtra priuilegiatū eo caſu quo ab ipſo priuilegiato ad-
uerſario ſuo priuilegium cōſequitur, ⁊ iſta non eſt noſtra materia,
dixi vobis in l. fi. j. de fruc. ⁊ lit. expen. Quādoqz quilibet eſt priui-
legiatus principaliter, ⁊ tunc quandoqz quis eſt priuilegiatus ge-
neraliter in genere, ſed non eſt in ea cauſa, de qua agitur, ſed vnus
tantū eſt ibi priuilegiatus, ⁊ tunc vtetur priuilegio ſuo cōtra aliū
priuilegiatū. hic eſt caſus in l. vlti. ff. ex qui. cau. ma. ⁊ eſt caſus que-
ſtionis noſtre. declarabo, licet vtraqz eccleſia ſit priuilegiata in ge-
nere, tamen in caſu, in quo agitur, eſt priuilegiata ſolū eccleſia illa,
contra quam preſcribitur, non illa, que preſcribit. Simile in duob.
abſentibus, vt d. l. fin. ¶ Si vero vterqz eſt priuilegiatus reſpectu
eiuſdem cauſe que agitatur. hec eſt vna regula infallibilis. Si qui-
dem vnus habet priuilegiū potētius altero, ille prefertur, qui ha-
bet potentius. Potentius autem poteſt eſſe, quia vnus certat de
damno, ⁊ alter de lucro, vel quia cauſe concedendi priuilegiū ſunt
fauorabiliores, vt l. verū. §. ſi. cum l. ſeq. ff. de min. Si vero cauſe pri-
uilegij ſunt pares, vel priuilegia ſunt paris potentie, ⁊ concurrunt
ambo equaliter admittātur, vt l. priuilegia. ff. de priuile. c. e. ⁊ inter
ſeipſos potior eſt conditio poſſidētis, vt l. ſi ſeruū. §. de illo. de ver.
oblig. de re. in c. in pari. lib. vj. ¶ Secundo quero vtrū priuilegia-
d tus[d] contra eccleſiā * poſſit vti priuilegio. Hic autē videtur † qđ
* ſic per tit. ff. quod quiſqz iuris. Contrarium determinat gloſſ. quia
4 iſtud non fuit cōceſſum eccleſie ad eius poſtulationē. Quis reue-
lauit hoc gloſ. quod iſtud priuilegium non fuit conceſſum eccleſie
ad eius poſtulationē, ſed proprio motu principis cum de iure pri-
5 uilegia intelligantur † concedi in dubio ad poſtulationē, vt extra
de conceſ. preben. c. j. ſi motu proprio. lib. vj? Reſpondeo. priuile-
6 gia † que conceduntur ſtatuendo legem ⁊ ius generale, intelligun-
tur concedi ex liberalitate, non ad petitionem. hic eſt text. cum iſta
glo. Sed priuilegia ſpecialia in corpore iuris non clauſa, in dubio
intelliguntur concedi ad poſtulationē, vt in contrario. ⁊ non puto
quod eccleſia Nouantulana, que habet priuilegiū quod gaudeat
ſpatio centum annorum, in corpore iuris non incluſum, quod eo-
7 dem iure ipſa contra alios vti debeat, quod no, perpetuo. ¶ Con-
tra primum membrum poſſet admitti probatio in contrarium, ſi
illud generale ius fuit factum ad poſtulationem ⁊ procurationem
alterius. Ita videtur ſentire gloſ. quam habuiſtis j. de fru. ⁊ lit. ex-
8 pen. l. fi. tene menti. ¶ † Quero, lex iſta eſt correcta in eccleſia. vtrū
e ſit correcta in ciuitate[e]. Ioan. quod non, q2 quod nō mutatur ⁊c.
Pla. dicit quod ſic, quia eadem eſt ratio. vide gloſſ. Ultramon. te-
nent opinio. Pla. iſta queſtio voluitur hic vtrum ex identitate ra-
tionis inducatur correctio legis. Breuiter dico quod non. Text.
eſt in l. ſi vero. §. de viro. ſolu. matri. j. de nup. l. ſi furioſi. not. in l. tam
is. §. j. ff. de don. cau. mor. Et ſic concludo opi. Ioan. eſſe veriorem.
9 Ex qua not. † quod ex identitate rationis non inducitur correctio
legis. ⁊ illud quod dicitur ff. de legi. l. non poſſunt. quod leges ex
f identitate rationis[f] trahuntur in argumentum, eſt verum quādo
per hoc contra aliquam legem ſcriptam non veniremus, vt hic.
¶ Quero, vtrum hodie poſſit concedi priuilegium quod nō cur-
10 rat preſcriptio, niſi centum annorum. Gl. dicit quod ſic, † quia res
de facili redit ad ſuam naturam, vt fuit in eccleſia Nouantulana.
Iſta ratio que fit in gl. quia antique forme redditur, non eſt bona,
quia in his que ipſo iure tolluntur, non eſt dare regreſſum ad for-
mam antiquam cum minori ſolennitate, vt ff. de pact. l. ſi vnus. §.
11 pactus. ⁊ ideo † dicunt doct. mod. quod in tali priuilegio deberet
dici, non obſtante tali lege, vt l. reſcripta. j. de preci. Imperat. offer.
⁊ j. ſi contra ius vel vti. publi. l. fi. ¶ Item querit gl. an poſſit con-
cedi priuilegium in genere, quod contra aliquem nō currat aliqua
preſcriptio. Glo. dicit quod non, vt ff. ſi quis cauti. l. ſed ⁊ ſi quis. §.
12 queſitū. Intellige † verum, niſi fuerit dictū expreſſe, nō obſtāte tali
g lege: vt dictū eſt ſ. ¶ Querit gl. vtrū contra iſtas preſcriptiones[g]
h poſſit reſtitui eccleſia[h]? Gl. videtur velle quod ſic, tamē nō firmat.
13 Quidā hic dicunt † ꝙ contra iſtas preſcriptiones lōgas non reſti-
tuitur eccleſia. extra de preſcri. c. auditis. Alij ꝙ reſtituatur. ſed re-
* ſtitutio debet peti intra quadrienniū * tantum, ⁊ iſtud tenebat do.
Pau. de Leaza. in cle. j. de reſt. in inte. ¶ Querit gl. quid ſi eccleſia
i ſucceſſit priuato[i], an vtatur iſta preſcriptione. Hic † in gl. ſunt opi.
14 vide gl. in prin. vel in illo paſſu quādo priuilegiatus in preſcriptio-
15 ne ſuccedit nō priuilegiato. Dic duo verba † breuiter, ⁊ iſtam que-
ſtionē intelligo de priuilegio ex parte eius, cōtra quē preſcribitur.
Dicas ergo ſic, Aut priuilegium, quod habet ſuccedens, eſt tale
quod preſcriptionē extinguit, aut preſcriptionē differt, aut illam
k mutat. Si tollit, tūc non vtitur ſuo priuilegio. Hic eſt caſus[k] in l. ſi
fundū. de fun. do. Si differt, tunc vtitur ſuo priuilegio. Caſus eſt in
l. ſicut. de preſcrip. xxx. ann. Si vero mutat preſcriptiones, ⁊ hic eſt
caſus noſtre queſtionis, nam cōtra priuatū currit preſcriptio x. vel
xx. ann. contra eccleſiam ⁊ ſuccedentem eius priuilegio eſt xl. ann.
vnde non tollitur preſcriptio, nec differtur, ſed ſemper currit. ſed ſi
alteratur in alium modum, iſto caſu pro tempore preterito vtitur
iure priuati, pro tempore futuro iure eccleſie ⁊ ſic priuilegio ſuo.
Unde ſi ponas quod priuatis currāt x. anni, ⁊ ſic eſt completa me-
dia pars preſcriptionis cōtra eccleſiam, alia media pars currit. xx.
ann. vt j. de preſcr. lon. tēpo. aut. quod ſi quis quibuſdā. facit quod
no. in l. apud Iul. §. Marcellus, ff. ex quib. cauſ. in poſſeſ. eatur, ⁊c.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Quas actiones. In aut. quas actiones. in prin. Et no.
ad hanc aut. quod licet contra eccleſiā regulariter nō currat pre-
ſcriptio niſi xl. anno. c. de quarta. de preſcript. tamen in actionibus
perſonalibus preſcribitur ſecundum diſpoſitionem iuris ciuilis.
Idem in alijs actionibus, que clauduntur ſemeſtri, anno, vel bien-
nio, ⁊ quāto minoris, redhibitoria, actio de dolo, ⁊ in actionib. pre-
torijs, vel ſimilib. iſta eſt gl. not. iuncto tex. in c. cum cauſa. de emp. ⁊
vendi. quam ibi multū not. do. Abbas pro limitatione fere totius
tit. de preſcrip. facit quod no. Bal. in l. ij. C. ne rei do. vel templo. an
iſta aut. corrigat in preſcriptione triennij. ⁊ dum ſ. queſiui quid de
rebus clericorum, vide Imo. in c. fi. ad fin. de preſcrip. Adde quod
etiam in preſcriptione pauperū, ⁊ eorum iuribus non preſcribitur
minori ſpatio xl. ann. ſecundum Bal. hic per tex. in aut. de eccle. tit.
in §. pro temporalibus. ⁊ vide Bal. hic in prin. gl. ſed an habentes
cauſam ab eccleſia, vel ciuitate, habeant hoc priuilegiū in preſcri-
ptione? dicit quod non ſecundum Bal. ⁊ Ang. in l. ſicut. de preſcri.
xxx. ann. ⁊ Bart. in l. cum ſponſus. §. in vectigalibus. ff. de publi.

b P. PAV. P. ¶ Romana eccleſia. Quod omnia priuilegia con-
ceſſa Romane eccleſie habeant locum in alijs, vide tex. in l. omnia.
in fi. de epiſc. ⁊ clericis.

c POMA. ¶ Aſſume in duobus verbis. vide ad hoc Felin. in c. in
preſentia. ⁊ in c. de quarta. de preſcrip. ⁊ Rom. conſi. clxix. ⁊ Alex. in
l. j. §. ad municip. ff. ad l. Falci. Pan. in c. fi. de iud. ⁊ Capra conſil. iij.
in ij. dubio primi dubij. ⁊ Capra. xxij. in fi. ⁊ lxviij. ⁊ lxxxvj. ⁊ Pau. de
Caſt. cccxvij. ⁊ Barba. xv. volu. iij. ⁊ xxxviij. eodem volumine.
P. PAV. P. ¶ Uide Felin. in c. de quarta. extra de preſcrip. ⁊ in c.
in preſentia. extra de proba. Pau. de Caſt. conſi. cccxxviij. De quo
habes in l. inimicorum. j. in quib. cauſ. in integr. reſtit. non eſt neceſ.
pro limitatione huius l. ⁊ Paul. de Caſt. in cōſi. cccxvij. dum ponit
an vniuerſitati cōtra vniuerſitatē detur reſtitutio, vt ſcripſi etiam
in lege Reſpublica. j. ex quibus cauſis maio. Uide Pau. in d. c. in
preſentia. vbi refert dicta Bart. ⁊ ibi vide Decium ſuper gl. fi. poſt
Felinum ibi. Uide Barba. conſi. xv. vol. iij.

d ALEX. ¶ Utrum priuilegiatus. Et an preſumatur motu pro-
prio, vel ad poſtulationem partis, adde Bar. in l. j. ⁊ quod ibi dixi
poſt eum. C. de pe. bo. ſubla. lib. x. ⁊ Bart. in l. iij. in princip. ff. quod
quiſqz iur. Et de hac clauſula, motu proprio, adde no. maxime poſt
Bart. in l. quidam conſulebant. de re iudi. ⁊ not. in l. ſi non ſpeciali.
j. de teſta. licet Bal. ibi de hoc nihil dicere videatur. ⁊ in auth. hoc
inter liberos. C. de teſt. ⁊ in l. ſi quis in prin. teſt. de leg. iij. ⁊ vide glo.
in ver. facta. ⁊ Imo. ſuper ea. in cle. ij. de offic. ordi. ⁊ an motus pro-
prius tollat nullitatem, ⁊ defectum intentionis, vide gl. ſing. in ver.

directas.in clem.per literas.de preben.⁊ ibi Jmol.an motus proprius ampliet gratiam, vide etiam gl.in ver.validam.⁊ gl.fi.in cle. ſi Romanus.de preben. Et an motus proprius tollat inhabilitatem,⁊ an inducat diſpenſationem,vide Jmo.in cle.ij.de rer.permu. in notabilibus.Et an conceſſio motu proprio ſit latiſſime interpretanda,⁊ vide do. Anto.⁊ do.Abb,in c.cum noſtris.de conceſ.preb. Et an motus proprius firmet gratiam contra preſumptam voluntatem precedētis, vide late in c.j.de fil.preſbyter.in vj.⁊ in c.ſi propter.⁊ in c.quamuis.de reſcrip.eo.lib.qui dicit,quod vbi eſt motus proprius, non requiritur ſpecialis derogatio. Et quando motus proprius tollat vitium ſurreptionis ⁊ etiā inhabilitatis, vide tex. gl.⁊ doct.d.cle.ſi Romanus.de preben.⁊ dicit Bal.⁊ Ang.in l.ij.in princip.de quadri.preſcrip.quod motus proprius operatur idem quod clauſula, non obſtante. Jtem operatur, quod valeat reſcriptum quod alias a parte non poterat impetrari. ſecundum Bal. in l.fin.j.ſenten.reſcin.non poſſ. Et quando motus proprius tollit vitium ſurreptionis,⁊ firmet gratiā, vide Bal.in l.fi.j.de cri.ſacri.⁊ dicit Bald.in l.imperialis.§.ſi miles.j.de nupt.quod motus proprius principis errantis non facit valere priuilegium.argu.l.quidam cōſulebant.de re iud.⁊ quando preſumatur motus proprius, vide ſing.Bal.in l.nec damnoſa.C.de precib.imper.offer. ¶ Adde de clauſula,motu proprio,vltra Fel.in c.ceterum.⁊ in c.ſi quando. ⁊ in c.ad aures.de reſcrip.Pau.de Caſt.conſi.cclxxx.⁊ Rom.conſi. cccxxvij.⁊ inquantum Bartol.loquitur de eccleſia Nouantulana, opp.⁊ dicit not.perpetuo.adde quod Bald.contra quia illud priuilegium eſt conceſſum Deo, ⁊ contra Deum non debet fieri retorquutio.⁊ hoc dicit Pau.de Caſt.eſſe tutius.

* CLAVD. DE SEISS. ¶ Contra eccleſiam. De hac queſt.per Panor.in c.in preſentia.de probat.

c ALEX. ¶ Jn ciuitate. Et de preſcri.contra ciuitatem vide Bal. in l.ij.C.ne rei do.vel templ.in l.ij.C.communia de vſucap.

f POMA. ¶ Ex identitate rationis. Uide Panormit.conſil.xxix. volu.ij.⁊ in conſi.xj.in j.dubio.eo.volu.⁊ Feli.in c.tranſlato.de conſtitu.Cepol.conſi.lxxij.⁊ conſi.lxxiij.⁊ Bart.conſil.ij.⁊ Barb.conſi. xix.vol.j.Roma.conſi.cl.⁊ Jmol.conſi.lxiiij.⁊ vide Alex.conſil.cxlj. vola.ij.⁊ ſeq.⁊ omnino Anch.vbi declarat,conſil.xciij.⁊ vide etiam Jaſ.in l.poſth.j.de contratab.⁊ Anna.xxvij.⁊ xxx.⁊ lxiiij.Anch.in c.canonum ſtatuta.de conſtit.⁊ Panormit.in d.c.tranſlato.⁊ Are. conſil.xxvij.⁊ Panormit.in cap.fina.de reſcript.⁊ Capram conſil. dcccclxxxix.alias xcviij.⁊ Aret.clx.⁊ clxiij.⁊ Jaſ.in l.j.j.qui admit. ⁊ in l.emancipata.eod.tit.

g POMA. ¶ Preſcriptiones. Uide Panor. conſil.xxxij.in iij.dubio,vol.j.⁊ Fel.in c.j.in ver.dum ſolenniter.de reſcrip.⁊ Rom.conſ. cxxxij.⁊ conſil.clxvj.⁊ ccccvij.vbi ponit etiam quo tempore debeat peti iſta reſtitutio.⁊ Alex.lxxxj.vol.v.⁊ Socinum cclxvj.

h ALEX. ¶ Reſtitui eccleſia. Sed circa iſtam materiam dubitatur an valeat priuilegium cōceſſum eccleſie ne ſibi poſſit obijci niſi preſcriptio centum annorum ab alia eccleſia,vide Bart.poſt gloſ. in l.ſi vnus.§.pactus.in fin.de pact.⁊ quod not. Cyn.hic in vltima queſtio.⁊ Bart.ſ.proxi.

* CLAVD. DE SEISS. ¶ Jntra quadriennium.Et illud quadriennium non currit probabiliter ignoranti.ita ſing.Bal.in l.falſam.C.ſi ex falſo inſtru.quem refert ⁊ ſequitur Alex.conſ.cxlvj.inc. videtur inſpectis.⁊ conſ.ccxxxj.inci. viſo puncto ⁊ inſtrumentis. idē tenet Card.Florenti.in cle.j.de in integ.reſti.Paul.de Ca.in l.fi. C. de dol.⁊ Panor.conſi.xxxij.in vlt.colum.

i ALEX. ¶ Succeſſit priuato. An priuilegiatus ſuccedens non priuilegiato vtatur ſuo priuilegio,vide do.Ant.in c.quia U.de iudic.in verſi.venio ad vltimum.⁊ ideo fiſcus ſuccedens priuato vtitur iure priuati.ſed Bal.in rub.j.de priui.fiſci.⁊ tex.in l.cum quidā. §.fiſcus.de vſu.circa fi.limita.no.per Bar.hic ſecundum eleganter notata in l.ſi filius.§.in hac.ver.omnino vide de verb.oblig.

k POMA. ¶ Hic eſt caſus. Uide Alex.in ſimili in l.procurator.j. de edend.⁊ Panormit.conſi.xiiij.vol.ij.⁊ Gemi.in cap.j.§.j.de iure patro.in vj.

---

De epiſcopis & clericis. Rubr. VI.

Continuatio patet. Uidiſtis ſ.de eccleſijs, ſequitur modo videre de rectoribus earum,⁊c.

LEX II.

1 ☞ Priuilegium quod habent filij clericorum,illud habent etiam mortuis parentibus,remiſſiue.

a OMnis. [a] Per iſtam l.cum gloſſ.videtur quod priuilegium quod habent filij clericorum, quod † illud non habent, niſi viuis parentibus. De hoc dicam j.de iniu.l.fin.⁊ vide gl.que incipit,ante concepti.⁊ notabis eam bene.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Omnis. Not.hanc l. volentem quod conceſſa clericis intelligantur conceſſa eorum liberis ⁊ miniſtris,que multum facit pro not.per gloſſ.in l.reſtituende.in verbo, priuate.j.de aduoc.diuer.iudic.intelligit Roge.in l.ſi finita.§.ſi de vectigalibus,vbi refert Alexand.habere locum in beneficijs, ſecus in priuilegijs,ff.de damno infecto.

AVTHENT.

1 ☞ Jnuadens rem eccleſie poteſt a iudice eccleſiaſtico conueniri.
2 Collecte imponuntur eccleſijs quando predia ſunt tributaria.

a ITem nulla communitas. [a]
1 Not.hic caſum † quod ille,qui inuadit rem eccleſie,poteſt conueniri a iudice eccleſiaſtico. Et vide gloſſ.ſuper verbo, ab eccleſia.que incipit, hoc verum ratione. De hoc plene vide extra de foro compet.c.cum ſit generale.Hoc autem intelligo
2 verū quod nō poſſunt imponi collecte,†niſi predia ſint tributaria, tunc enim imponuntur predijs,non perſone:vt dixi.ſ.tit.j.l.placet, ⁊ videbitis.j.l.prox.⁊ eſt iſta noua conſtit.Fede.⁊ not.bene eam.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Jtem nulla communitas. Facit quod not.per Bart. in l.fin.de conſtitut.princip.vbi propter delictum quis perdit priuilegium fiſci.

LEX III.

1 ☞ Clerici pro predijs tributarijs poſſunt cogi ad tributa.

1 DEijs. Poſſunt ergo clerici pro predijs tributarijs † cogi ad preſtanda tributa. Dicit gloſſ.quod hec lex videtur corrigi per auth.item nulla, quam modo
2 legi,quod non † eſt verum,quia hic loquitur in predijs tributarijs, ⁊ ſic in oneribus realibus, ſed auth.item nulla, in muneribus perſonalibus,ſeu que imponuntur perſone pro rebus vt collecte,vt l. j.§.fin.ff.de mune.⁊ hon.⁊c.

LEX IIII.

OFficiales De hoc habent Canoniſte vnam rubric.extra de obligat.ad ratio.hodie vero quando officialis ſeu curialis efficitur clericus ſeruatur alius ordo,vt in auth.ſed neque.quam ibi vide,⁊c.

LEX V.

a SI quis non dicam. [a] Punitur affectus licet nō ſequatur effectus.hoc dicit breuiter iſta lex, ⁊ vide hic Cyn.

ADDITIO.

a P.PAV.P. ¶ Si quis. Uide Comen.conſ.xcv.ad fi. Uide omnino que ſcripſi ad Bar.in l.ſi is qui cum telo.C.ad l.Cor.de ſic. De pena autem committentis fornicationem cum moniali vide Joan. de Ana.conſ.j. Jtem quomodo,⁊ quando puniatur conatus vide tract.per Feli.quem habes poſt tit.de appel.vbi limitat.

AVTHENT.

1 ☞ Teſtis veritatem pro vtraque parte dicere debet.

a SEd iudex. [a] Not.tex.ibi que nouerint,⁊ ſic pro
1 † vtraque parte debet dicere veritatem. De iſta materia vide Spec.de teſtib.§.ſequitur.verſi. quid de preſby.⁊ eo.tit.§.j.ver.item excipitur quod eſt monachus.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Sed iudex. Uide doct.in l.ij.de eden.vbi Bal.querit an ſi teſtis volens iurare dicere veritatem pro vtraque parte admittatur,⁊ an probet:videtur dicere quod non.⁊ adde no.in c.fraternitatis.in gloſſ.fin.⁊ de teſt.⁊ dicit Bal.in l.preſbyter.j.eo.quod partes poſſunt remittere. Quis autem debeat ſoluere expenſas teſtium,vide Bald.in l.nimis graue.j.de teſtib. Et de forma iuramenti teſtis. Uide Bald.in l.comparationes.C.de fide inſtrumen. in l.ſi quis in hoc ver. Jtem no.quod ad hoc poteſt inquiri per officialem,⁊ eius officio nemine poſtulāte,⁊c. quod etiam inuito accuſatore ſecundum Jnnoc.in c.quia circa fin.de iudi.⁊ poteſt reus puniri quando conſtat de crimine. ¶ Adde, quis debeat ſoluere expenſas teſtium Ang.conſi.ccxl.

LEX VIII.

1 ☞ Falſitas committitur non ſolum dicendo falſum, ſed etiam in tacendo,quod eſt verum.
2 Notarius omittens ponere capitula,⁊ clauſulas debitas in inſtrumento committit falſum.

PResbyteri. Not.quod falſitas cōmittitur non
1 ſolū in dicēdo † falſum,ſed etiā
a in tacēdo[a] quod eſt verū * quod no.contra teſtes,⁊ no
* tarios † omittētes debita ponere capitula in inſtrumē
2 tis.Facit l.ea que cōmendādi.§.fi.ff.de cōtrah.emp.⁊ j.ſi cōtra ius vel vti.pu.l.preſcriptione.⁊ no.j.prox.aut.preſbyter.quod vide hic,⁊c.

ADDITIO.

a POMA. ¶ Jn tacendo. Circa hoc vide vnum not.verbū Pan.in conſi.xxxiiij.volu.ij.vide etiam vnū ver.Fel.in c.dilecto.in fi.de teſt.

cog.⁊

UNIVERSITÄTS BIBLIOTHEK PADERBORN